ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XXXVIII - SERIES II - VOL. XIII



TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
M • DCCCC • XI/VI

An. et yol. XXXVIII 23 Ianuarii 19*6 (Ser. II, v.xm)-Numi

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

EPISTULA ENCYCLICA

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATE S¿ ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS, ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE INDIGENTIUM, PUERORUM CURA ALACRIUS HODIE SUSCIPIENDA.

PIUS PP. XII

Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quemadmodum, cum internecivum saeviebat bellum, quidquid suadendo obtestandoque potuimus non praetermisimus, ut diuturna nimis conflagratio quam primum restingueretür, omniaque iure, aequitate rectoque ordine componerentur, ita in praesens, positis armis, sed nondum restituta pace, pro apostolico quo fungimur munere, nihil intentatum relinquimus, ut tot doloribus opportuna lenimenta praebeamus, ac miseriarum cumulum, quo non paucae gentes opprimuntur, quovis modo detur, allevemus. At in tantis paeneque innumeris acerbitatibus, quas dira dimicatio peperit, nulla magis paternum laedit ac vulnerat animum Nostrum, quam ea, quae insontiunl puerorum multitudinem afficit, qui quidem ad decies centena milia, ut affertur, necessariis ad vitam rebus destituti, multis in nationibus frigore, fame morbisque tabescunt; ac saepenumero ab omnibus derelicti non modo pane, vestibus, tectoque

carent, sed illo etiam amore, quo tenera aetatula tantopere indiget.

Iam Nos, ut nostis, Venerabiles Fratres, quidquid hac etiam in re potuimus, facere non praetermisimus ; ac gratissimum iis testamur animum Nostrum, quorum ex largitate Nobis datum est infantiae ac pueritiae egestati pro viribus mederi. Neque ignoramus haud paucos, sive singillatim, sive in coetus societatesque coalescentes, opportunum eiusmodi suscepisse propositum et ad rem deducere omni nisu contendere. Quibus quidem, bonorum omnium ut sunt praeconio digni, debitas tribuimus laudes, eorumque operibus, inceptis, institutis bene omnia a Deo ominamur atque precamur.

Attamen, cum id genus adiumenta ac curae longe absint ut maiorum immensi tati paria sint, officio Nostro consentaneum ducimus vos appellare paterneque adhortari, ut peculiari modo gravissimam egentium puerorum causam cordi habeatis, ac nihil faciatis reliqui, quod ad eorum condicionem mitigandam relevandamque conferat.

Mandamus igitur ut iri Dioecesi cuiusque vestra diem praestitistis, quo publicis ad propitiandum Deum indictis supplicationibus, per sacrorum quoque administros qui adiutricem vobis navant operam, de instanti hac necessitate populum moneatis, eumdemque ad hortemini ut qua precibus, qua piis operibus, qua etiam collata stipe, incepta omnia provehat, quorum sit indigentem • derelictamque pueri tiam omni ope omnique cura iuvare. Res agitur, ut facile animadvertitur, quae si ad cunctos pertinet cuiusvis opinionis cives, dummodo huma^ nitatis pietatisque sensibus polleant, ad christianos tamen peculiari ratione attinet, qui in fraterculis hisce inopibus ac de-, stitutis expressam Divini Infantis imaginem cernere debent, quique illud recordari officio tenentur : « Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis ».[x]; Ac considerent omnes probeque secum reputent hos

[1] MATTH. XXV, 40.

fore puerulos futurae aetatis fulcimina, atque adeo opus esse omnino ut integri animo corporeque succrescant, ne progenies aliquando habeatur, quae infirmitatis germina referat vitiorumque labes. Nemo igitur gravetur in re tam opportuna ac necessaria suam operam, suas vires suamque pecuniam ponere. Qui tenuioris fortunae sunt, quidquid possunt, quidquid valent, id libenti pervolentique animo praestent; qui vero laute opipareque vivunt, ii perpendant ac reminiscantur puerorum indigentiam, mediam, nuditatem apud misericordiarum Patrem severissime eos vehementerque incusare, si plumbeo sint animo, neque suppetias generose occurrant. Omnes denique sibi suadeant non iacturae, sed lucro suam sibi esse liberalitatem futuram, quandoquidem iure asseverari potest eum, qui aliquid vel de sua fortuna, vel de sua òpera egentibus tribuat, quodammodo fenerari Deo, qui amplissima mercede sua aliquando erit largitorem remuneraturum. Spe igitur tenemur bona fore ut, quemadmodum prisca Apostolorum aetate, cum christiana Hierosolymae communitas insectatione atque inopia vexaretur, a ceteris christifidelibus prò eadem ubique gentium Deo admövebantur preces, ab iisdemque adiumenta mittebantur,[2] in praesens quoque eodem amore compulsi atque animati omnes infantium puerorumque necessitatibus pro viribus succurrant. Idque faciant, ut diximus, imprimis flagràntibus adhibitis ad misericordissimum Redemptorem nostrum supplicationibus • quandoquidem ex piis precibus, ut nostis, arcana vis eiicitur, quae caelum penetrat, atque a sempiternis sedibus superna lumina divinasque impulsiones impetrat, quae mentes collústrent hominum, eorumque voluntates ad bonum inflectant, et ad caritatem suadeant ac móveant.

Heic **autem animadvertere operae pretium est nullo non tempore Ecclesiam de tenella aetate curam diligentissimam habuisse, eamdemque iure meritoque reputasse veluti partem peculiarissimo modo muneri suo suaeque caritati concreditam.**

[2] **Cf.** ***I Cor.*** XVI, 4.

Idque dum egit continenterque facit, procul dubio Divini Conditoris sui vestigiis insistit monitionibusque respondet; qui quidem puerulos suaviter ad se alliciens; Apostolis eorum matres increpantibus aiebat: « Sinite párvulos venire ad me, et ne prohibueritis eos; talium est enim regnum Dei ».[3] Christus siquidem — ut optime diserteque Decessor Noster imm. mem. Leo Magnus asseverat — « amat..; infantiam, quam primum et animo suscepit et corpore. Amat Christus infantiam, humilitatis magistram, innocentiae regulam, mansuetudinis formam. Amat Christus infantiam, ad quam maiorum dirigit mores, ad quam senum reducit aetates; et eos adi suum inclinat exemplum, quos ad regnum sublimât aeternum ».[4]

Videtis ex hisce verbis sententiaruinque luminibus,. Venerabiles Fratres, quali amore qualique diligentia ac cura Ecclesia debeat, exemplo ducta Conditoris sui, infantes ac puerulos prosequi. Ea nempe, dum quidquid potest non praetermittit, ut eorum corpora neque cibo, neque tecto, neque vestibus careant, eorum tamen animulas non ignorat vel neglegit, quae, ex divino quasi halitu partae, veluti radium videntur caelestium pulchritudinum referre. Primum igitur eo contendit ac spectat, ut eorum innocentia ne polluatur, utque sempiternae eorum saluti prospiciat ac consulat. Quamobrem paene innúmera sunt eius instituta atque incepta, quorum est puerilem aetatem recte educere, ad morum integritatem conformare, atque ad eam vitae condicionem pro facultate provehere, quae increscentibus animi corporisque necessitatibus respondeat. Hac in utilis^ sima palaestra, ut nostis, haud paucae religiosorum hominum ac mulierum sodalitates mirabili cum navitate utilitateqüe certant, quarum actio sapiens, vigilans, impensa ad Ecclesiae civilisque societatis profectum summopere conducit. Ac non modo in excultis ad humanitatem gentibus nationibusque id uberi salutarique cum fructu efficitur, sed apud agrestes etiam populos, vel plane nondum christiana collustratos luce, ubi eván-

[3] MABC. X, 14.

[4] *Serm. XXXVII,* c. S; *ML* 54, 258 C.

gelicae veritatis satores — ac peculiari modo Pontificium Institutum illud, quod a Sacra Infantia nuncupatur — puerulos infantesque tam multos a daemonis pravorumque hominum servitute in libertatem filiorum Dei vindicant, et ad humanioris vitae cultum traducunt.

Verumtamen hoc in formidoloso historiae nexu„ dum nimis multae rerum animorumque ruinae coacervan tur in immensum, haec providentiae caritatisque incepta, quae forte communibus hoc in genere necessitatibus paria videbantur, imparia procul dubio evadunt. Etenim oculis paene obversantur Nostris, Venerabiles Fratres, ingentes puellorum multitudines, qui fame languentes ac fere enecti panem teneilis manibus petunt, « et non est qui frangat eis » ;[5] qui domo, qui vestibus destituti hiberno frigore tremebundi intermoriuntur, nec matres habent patresve suos, qui eos operiant ac calefaciant; qui denique infirmi ac vel phthisi tabeque confecti, consentaneis carent medicamentis opportunisque curis. Itemque innumeros maerenti Nos animo quasi cernere Nobis videmur vel per clamosas errare urbium vias ad otium, ad corruptelas adactos, vel per oppida, per vicos, per agros circumire incertos ac vagos ; quibus nemo, proh dolor, tutum adversus egestatem, adversus vitia ac crimina praebet perfugium. Cur igitur Nos, qui hos filiólos Nostros tam vehementer adamamus « in visceribus Iesu Christi »[6] cur Nos, Venerabiles Fratres, vos singulos universos, unaque vobiscum omnes, quicumque humanitatis, misericordiae pietatisque sensibus ducuntur, etiam atque etiam non inclamemus, tit quidquid potest, quidquid valet christiana caritas — valet autem plurimum —in id volentibus generosisque animis conferatis, ut miserrima nempe eorum sors ubique gentium mitigetur ac relevetur? Nihil intentatum relinquatur, quod nostra aetas hoc in genere suggessit ac suasit; ac novae etiam excogiten tur rationes, quibus, bonis eni ten tibus omnibus, praesentibus malis, et futuris, quae reformidantur, detrimentis op-

***** Cf. *Thre.* IV, 4.

[6] *Philip.* I, 8.

portuna remedia praebeantur. Atque ita quam primum, fiat, adspirante sufíraganteque Deo, ut vitiorum illecebris, quae tot pueros derelictos facile transversos agunt, virtutum invitamenta succedant, ut eorum inane otium ac tetricam desidiam honestus atque hilaris sequatur labor, ut eorum denique fames, inedia, nuditas a divina Iesu Christi caritate habeant — quam in eius sectatoribus reviviscere, effervescere augerique quam maxime hoc tempore oportet — ut necessariis adiumentis ne careant. Quae quidem omnia non modo ad catholicae religionis christianaeque virtutis incrementum, sed ad humanae etiam consortionis civilisque societatis bonum summopere conferent; quandoquidem, ut omnes norunt, in carceres in publicaeque custodiae loca non tam frequens pro certo constiparetur reorum scelestorumque turba, si opes rationesque ad crimina praecavenda aptiores in iuvenili praesertim aetate largius opportuniusque adhiberentur; ac si sana, integra, operosa ubique pueritia adolesceret, facilius cives haberentur, qui probitate, fortitudine, ceterisque animi et corporis dotibus; enitererit.

Haec habebamus, Venerabiles Fratres, quae vobis hac gravissima de causa per Encyclicas has Litteras scriberemus, vobis item mandantes, ut, quae paterne monuimus atque adhoftati sumus, ea cum gregibus vestris aptiore; quo videbitur,., modo communicetis ; ac futurum confidimus ut votis Msee hört amantisque Nostris omnes libentibus animis studiosaque largitate et opera respondeant.

Qua quidem spe freti* caelestium auspicem gratiarum, peculi arisque benevolentiae Nostrae testem, cum vobis singulis, Venerabiles Fratres, gregibusqúe curae vestrae concreditis, tum iis nominatim, qui bene quovis modo ac ratione hac de re; promeriti, vel proin eri turi sunt, Apostolicam/Benedictionem amantissime in Domino impertimus. ;

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die .vi mensis /Ianuarii, in Epiphania Domini Nostri Iesu Christi, anno MDCCCCXXXXVI, **Pontificatus Nostri septimo.**

PIUS PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE DAHOMEY ET ALIOBUM
(NIAMEYEXSIS)

A VICARIATIBUS APOSTOLICIS DE DAHOMEY, DE OUAGADOUGOU, DE FOUMBAN ET DE KHARTUM, ATQUE A PRAEFECTURIS APOSTOLICIS DE KAD ÜNA ET DE JOS TERRITORII PARS DISMEMBRATUR ET NOVA EXINDE PRAEFECTURA APOSTOLICA ERIGITUR, ¶(NIAMEYENSIS » NUNCUPANDA.

P I U S E P I S C O P U S
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad faciliorem Evangelii praedicationem reddendam et Christi regnum inter infideles populos amplius prolatandum plurimum quidem confert recta Missionum circumscriptio, quae temporum et locorum adiunctis magis respondeat, tum earum limites immutando, tum novas, si casus ferat, Missiones condendo. Quod perpendentes Nos, ut in Africae Occidentalis Gallicae regionibus evangelizationis operi aptius consulatur, novam ibidem Praefecturam Apostolicam erigere statuimus. De venerabilium igitur Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, suppleto, quatenus opus sit; quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia et suprema Nostra auctoritate illam coloniae Gallicae de Dahomey portionem separamus, ad Vicariatum Apostolicum de Dahomey, Societati pro Missionibus ad Afros concreditum pertinentem, quae a nona parallela linea latitudinis borealis, septentrionem versus, flumen *Niger* attingit; nec non coloniae Gallicae de *Niger* portiones, quae intra fines Vicariatuum Apostolicorum de Dahomey, de Ouagadougou, Societati Missionariorum Africae commissi, de Foumban, Societati Sacerdotum a S. Corde Iesu concrediti, et dé Khartum, Congregationi Filiorum S. Cordis Iesu commissi, atque Apostolicarum Praefecturarum de Raduna et de Jos, Societati pro Missionibus ad Afros concreditarum, usque adhuc continebantur, ab iisdem Vicariatibus et Praefecturis distrahimus. Territorium vero ita distractum in novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam, cuius tamen limites septen-

trionales vigesimam parallelam lineam excedere non debent. Novam hanc Praefecturam Apostolicam *Niameyerisem* **nuncupari decernimus, eamque sollertibus Societatis pro Missionibus ad Afros curis, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, committimus. Huic ergo Praefecturae Niameyensi eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, illosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, commissionis, decreti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentari praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.**

Datum Romae apud S- Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo secundo, die vigesima octava Aprilis mensis, Pontificatus Nostri anno quarto.

ALOISIUS Card. MAGLIOME
a Secretis Status

PETRUS Card. FIJMASONI BIONDI
S. G. de Propaganda Fide Praefectus

Carolus Respighi, *Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

***Reff, in Cane. Ap., vol. LXVI, n. 19.* —Al. Trussardi.**

II

SANCTI LEONIS DE AMAZONES
(S. IOSEPH DE AMAZONES)

A VICARIATU APOSTOLICO S. LEONIS DE AMAZONES PARS SEIUNGITUR, EX QUA NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA SUB NOMINE S. IOSEPH DE AMAZONES.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In catholici orbis regiones, nondum Evangelii lumine penitus conlustratas, pro apostolico divinitus commisso Nobis munere, mentis Nostrae aciem convertentes, sollertium missionariorum numerum adaugere et alias sui iuris missiones erigere satagimus, quo facilius et uberius christiana religio prolatetur. Lubenter idcirco, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium Christiano Nomini Propagando praepositorum consilio, excipiendas duximus preces, quibus ab Apostolica Sede petitum est ut Vicariatus Apostolici S. Leonis de Amazones, in Peruvia, septentrionalis et orientalis pars a reliquo Vicariatus territorio segregetur et in sui iuris missionem erigatur ob missionariorum potissimum penuriam, qui in regione illa Evangelii praedicationis munere funguntur, illamque Fratrum Minorum Franciscanum apostolicis curis concredatur.

Suppleto itaque, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis ac certa scientia, Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine ab Apostolici quem supra diximus Vicariatus S. Leonis de Amazones territorio partem illam seiungimus septentrionalem et orientalem, cui hos fines assignamus : ad septentrionem : limites Reipublicae Peruvianae iuxta *Putumayo* flumen ; ad orientem : limites inter Peru viam et Brasiliani; ad meridiem : aquarum divortium inter *Napo* et *Nanay* flumina; lineam meridiem versus usque ad *Amazones* flumen ; tractum huius fluminis, inclusis insulis (excepta tamen insula quae contra *Iquitos* urbem sita est) usque ad *Nauta;* limites civiles provinciae de *Requería* usque ad fines cum Republica Brasiliana ; ad occidentem : limites inter Peruviam et Aequatorianam Rempublicam. Hanc autem territorii partem, ita finibus circumscriptam, in novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam,

quam *8. Ioseph de Amazones* **denominandam decernimus eamque Ordinis Fratrum Minorum Missionariorum curis, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, committimus.**

Novae porro huic Apostolicae Praefecturae S. Ioseph de Amazones eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura et privilegia, honores et potestates, quibus ceteras per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent," eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu tamerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum— ,

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo quinto, die tertia decima mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno septimo.

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus Sacri Collegii

P. **Card. FUMASONI BIONDI**
S. G. de Propaganda Fide Praefectus

Carolus Respighi, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco &< Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXIX, n. 85. **— Al. Trussardi.**

SERMO ••

A SSMO D. N. PIO PP. XII HABITUS DIE XXIV MENSIS DECEMBRIS A. MCMXLV, IN PERVIGILIO NATIVITATIS D. N. IESU CHRISTI, ADSTANTIBUS EMIS PP. DD. CARDINALIBUS ET EXCMIS DD. EPISCOPIS AC ROMANAE CURIAE PRAELATIS.

. NATALE DI ASPETTAZIONE E DI PREGHIERA

Negli ultimi sei anni, noi tutti, Venerabili Fratelli e diletti figli, dovemmo assaporare, in questa vigilia della Natività del Signore, l'amaro contrasto fra i sentimenti di santa allegrezza, d'intima e fraterna unione nel servizio del Signore, che la cara ricorrenza natalizia infonde negli animi, e i tristi rancori e le brame di vendetta, imperanti nel mondo; tra i soavi accenti del *Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus,* **e le voci discordanti di odio nei fragori di una guerra fratricida; tra la dolce chiarezza di Betlemme e il sinistro bagliore degli incendi ; tra il soave splendore irraggiante dal volto del celeste Infante, e il marchio di Caino, che rimarrà ancora a lungo impresso sulla fronte del nostro secolo.**

Così, quale sospiro di sollièvo uscì da tutti i nostri petti falla notizia che il sanguinoso conflitto aveva avuto fine, prima in Europa, poi nell'Asia ! Quante fervide suppliche erano in quéi lunghi anni di lotta salite al trono dell'Altissimo > affinchè abbreviasse i giorni dell'afflizione e arrestasse la mano degli* angeli che portano le fiale dell'irà di Dio per i peccati dèi móndo ! Ora, per la prima volta, l'umana famiglia celebrerà di nuovo per misericordia divina una festa natalizia, nella quale i terrori della guèrra in terra, in mare e soprattutto nell'aria non empiranno più tanti cuori di timore e di angoscia mortale. Per questo mutamento delle cose siano da noi tutti rese umili grazie all'Onnipotente Signore !

La pace della terra ? La vera pace ? No, ma solamente il « dopo-guerra », espressione dolorosa e fin troppo significativa ! Quanto tempo sarà necessario per guarire il malessere materiale e morale, quanti sforzi per cicatrizzare tante piaghe ! Ieri si sono seminate su territori immensi le distruzioni, le calamità, le miserie ; ed oggi che si tratta di ricostruire, gli uomini cominciano appena a rendersi conto di quanta perspicacia e avvedutezza, di quanta rettitudine e buona volontà vi sia bisogno per ricondurre il mondo dalle devastazioni e dalle rovine fisiche e spirituali, al diritto, all'ordine e alla pace.

Così anche questo Natale rimane un tempo di aspettazione, di spe-

ranza e di preghiera al Piglio di Dio fatto uomo, affinchè Egli, che è il *« Rex pacificus,... cuius vultum desiderat universa terra»,*[1] **doni al mondo la sua pace.**

IL PROSSIMO CONCISTORO - SUB CARATTERISTICHE

Come è già stato annunziato, per la prima volta, dacché il Signore, nonostante la Nostra indegnità, volle elevarci al Supremo Pontificato, addiverremo, a Dio piacendo, alla creazione di nuovi membri del Sacro Collegio. Nel Nostro discorso Natalizio del passato anno, accennammo alle, gravi e molteplici difficoltà che Ci avevano purtroppo fino allora impedito di provvedere alle non poche vacanze dolorosamente prodottesi nella Curia Romana. Quanto dunque Ci tornerà gradito di vederCi prossimamente qui circondati da un numero così considerévole di nuovi Cardinali, i quali per le loro insigni virtù e i loro segnalati meriti Ci sono sembrati particolarmente degni di essere elevati alla S. Porpora! L'eccezionale avvenimento merita, a Nostro avviso, di èssere illustrato con alcune speciali considerazioni.

a) *Quanto al numero dei futuri Cardinali.*

Osserveremo innanzi tutto che con questa promozione il Sacro Collegio verrà ad essere al completo. È noto che il Nostro Predecessore di f. m. Sisto V con la sua Costituzione *Postquam verus* **del 3 Dicembre 1586, dopo aver rilevato come nei tempi antichi fosse stato troppo ristretto il Sacro Collegio e nei più recenti invece troppo numeroso, fissò a settanta il numero dei Cardinali, a somiglianza dei settanta seniori di Israele,**[2] **proibendo con severissime clausole che per qualsiasi motivo, anche urgentissimo, si oltrepassasse quel numero. Senza dubbio i Romani Pontefici Successori di lui non sarebbero vincolati da tali disposizioni, qualora giudicassero opportuno di aumentarlo o di diminuirlo ; tuttavia non consta che si sia mai da alcuno di loro derogato a quella leggerla quale ha avuto una esplicita conferma anche nel can. 231 del Codice di diritto canonico. Il pieno del S. Collegio con settanta Cardinali si è avuto abbastanza spesso nei secoli xvn e xvin ; non si riscontra invece mai nel secolo** XIX **e, fino ad oggi, nel secolo xx. Per citare un solo esempio, ricorderemo il Concistoro segreto del 17 Maggio 1706, nel quale Clemente XI volle creare tanti Cardinali, ossia venti, quanti ne mancavano per compire il numero di settanta : «** *creare intendimus eos omnes, nempe*

[1] ***Antiph. I in I Vesp. Nativ. Domini.***

[2] **Cf.** ***Ex. 24,*** **1. 9.**

viginti, qui ad septiiagenarium Vestrum numerum complendum in praesens desunt. Cardinales »;[3] **ed anzi, avendo uno dei nuovi nominati, Gabriele Filippucci, rinunziato a quella eminente dignità, Clemente Xî, nel susseguente Concistoro del 7 Giugno dello stesso anno, mentre accettava tale rinunzia, nominò subito al posto rimasto così vacante Michelangelo Conti, che fu poi il suo immediato Successore col nome di Innocenzo XIII.[4] Noi abbiamo voluto ritornare a quell'antico uso, che, mentre porta al completo il numero dei membri del S. Collegio, rispetta al tempo stesso il limite posto da Sisto V. Siamo dolenti che l'osservanza di questo limite Ci abbia impedito di comprendere in questa Nostra prima creazione non pochi altri Prelati é Religiosi, specialmente della Curia e del Clero romano, i quali, massime per i lunghi servigi resi alla Santa Sede, ne sarebbero stati anch'essi beri degni.**

E tanto più Ci è sembrato conveniente di non oltrepassare quel limite, in quanto che non fu mai creato un così gran numero di nuovi Cardinali, cioè trentadue, in un medesimo Concistoro. Le due più grandi creazioni si erano avute finora sotto i Papi Leone X e Pio VII, i quali in un solo Concistoro crearono 31 Cardinali : vogliamo dire, Leone X, il quale mentre nel Concistoro del 26 Giugno 1517 aveva manifestato il proposito di nominare 27 Cardinali, nel successivo 'del I° Luglio di quello stesso anno ne creò invece 31 ;[5] e Pio VII, che dopo il suo ritorno nell'Urbe, avendo rivolto le sue cure al S. Collegio, molto -diminuito di numero per gli acerbissimi eventi di quel tempo, nel Concistoro segreto dell'8 Marzo 1816 creò parimente 31 Cardinali, dei quali però 21 furono da lui pubblicati e 10 riservati in petto.[6]

b) *Quanto alla nazione, a cui essi appartengono*

Un'altra caratteristica di questa creazione sarà la varietà delle nazioni a cui appartengono i futuri Cardinali, in quanto abbiamo voluto che vi siano rappresentati il maggior numero possibile di stirpi e di popoli, e sia quindi un'immagine viva della universalità della Chiesa. In tal guisa, come abbiamo veduto negli anni trascorsi del Nostro Pontificato confluire nell'Eterna Città, nonostante la guerra, anzi come conseguenza della guerra, uomini di ogni nazione e delle più lontane regioni ; così avremo ora, cessato il conflitto mondiale, la consolazione — piacendo al Signore — di veder affluire intorno a Noi nuovi membri del

[3] ***Clem. XI P. M. Orationes consister.*, Romae 1722, p. 32.**

[4] ***Op. cit.*, p. 38.**

[5] ***Arch. Consist. Acta Vicecancell. 2*, fogli 39 e 40.**

[6] **Cf. *Pii VII Allocutio habita in Cons. Secr. die 8 Martii 1816.***

S. Collegio provenienti dalle cinque parti del mondo. Roma apparirà in tal modo veramente come la Città eterna, la Città universale, la Città *Caput mundi, VXJrbs* **per eccellenza, la Città di cui tutti sono cittadini, la Città sede del Vicario di Cristo, verso la quale si volgono gli sguardi di tutto il mondo cattolico ; nè l'Italia, terra benedetta che accoglie nel suo seno questa Roma, ne rimarrà diminuita, che anzi splenderà agli occhi di tutti i popoli come partecipe di questa grandezza e di questa universalità.**

LA SOPRANNAZIONALITÀ DELLA CHIESA

La Chiesa cattolica, di cui l'Urbe è il centro, è soprannazionale per la sua stessa essenza. Ciò ha un duplice senso, uno negativo ed uno positivo. La Chiesa è madre, *Sancta Mater Ecclesia,* **una vera madre, la madre di tutte le nazioni e di tutti i popoli, non meno che di tutti i singoli uomini, e precisamente perchè madre, non appartiene nè può appartenere esclusivamente a questo o a quel popolo, e neanche ad un popolo più e ad un altro meno, ina a tutti egualmente. È madre, e quindi non è nè può essere straniera in alcun luogo ; essa vive, o almeno per la sua natura deve vivere, in tutti i popoli. Inoltre, mentre la madre, col suo sposo e i suoi figli, forma una famiglia, la Chiesa, in virtù di una unione incomparabilmente più stretta, costituisce, più e meglio che una famìglia, il corpo mistico di Cristo. La Chiesa è dunque soprannazionale, perchè è un tutto indivisibile e universale.**

LA INDIVISIBILE UNITÀ DELLA CHIESA

La Chiesa è un tutto indivisibile, perchè Cristo, con la sua Chiesa, è indiviso e indivisibile. Cristo, come Capo della Chiesa, è, per adoperare un profondo pensiero di S. Agostino,[7] *totus Christus,* **il Cristo intero. Questa interezza di Cristo, secondo il. S. Dottore, ¡significa la indivisibile unità del Capo e del corpo «** *in plenitudine Ecclesiae* **», in quella pienezza di vita della Chiesa, che congiunge tutte le zone e tutti i tempi della umanità redenta, senza eccezione.**

Saldamente stabilita con sì profonda radice, la Chiesa, posta com'è nel mezzo di tutta la storia del genere umano, nel campo agitato e sconvolto di energie divergenti e di contrastanti tendenze, quantunque esposta a tutti gli assalti diretti contro la sua indivisibile interezza, è così lontana dall'esserne scossa, che dalla sun propria vita di interezza e di unità irradia e diffonde sempre nuove forze sanatrici e unificatrici nella

[7] ***Serm. SU c. 1*** '- MIGNE, ***PL,*** **t. 39, col. 1493.**

umanità lacerata e divisa, forze di unificante grazia divina, forze dello Spirito unificante, di cui tutti sono affamati, verità che sempre è dappertutto valgono, ideali che sempre e dappertutto ardono.

Da ciò apparisce che era ed è un sacrilego attentato contro il *totus Christus,* **il Cristo nella sua integrità, e in pari tempo un colpo nefasto contro la unità del genere umano, ogniqualvolta si è tentato e si tenta di far la Chiesa quasi prigioniera e schiava di questo o di quel popolo particolare, di confinarla negli angusti limiti di una nazione, od anche di metternela al bando. Tale smembramento della interezza della Chièsa ha sminuito e sminuisce — tanto più, quanto più a lungo — nei popoli, che ne sono le vittime, il bene della loro reale e piena vita.**

Ma l'individualismo nazionale e statale degli ultimi secoli non ha soltanto cercato di vulnerare l'interezza della Chiesa, d'indebolire e di ostacolare le sue forze unitrici e unificatrici, quelle forze che pure ebbero un tempo una parte essenziale nella formazione dell'unità dell'Occidente europeo. Un vieto liberalismo volle senza e contro la Chiesa creare la unità mediante la cultura laica e un umanesimo secolarizzato. Qua e là, come frutto della sua azione dissolvènte e al tempo stesso come nemico, gli succedette il totalitarismo. In una parola, quale fu dopo poco più di un secolo il risultato di tutti quegli sforzi senza e spesso contro la Chiesa? La tomba della sana libertà umana; le organizzazioni f orzate ; un mondo, che per brutalità e barbarie, per distruzioni e rovine, soprattutto però per funesta disunione e per mancanza di sicurezza, non aveva conosciuto l'eguale.

In un tempo turbato, qual'è ancora il nostro, la Chiesa, per il bene proprio e per quello della umanità, deve fare del tutto per mettere in valore la sua indivisibile e indivìsa interezza. Essa ha da essere oggi più che mai soprannazionale. Questo spirito deve penetrare e pervadere il suo Capo visibile, il Sacro Collegio, tutta l'azione della Santa Sede, su cui specialmente ora gravano importanti doveri riguardanti non solo il presente, ma anche più il futuro.

Si tratta qui principalmente di un fatto dello spirito, di avere il senso giusto di questa soprannazionalità, e non di misurarla o determinarla secondo proporzioni matematiche o su basi statìstiche rigorose circa la nazionalità delle singole persone. Nei lunghi periodi di tempo, in cui, per disposizione della Provvidenza, la nazione italiana, più delle altre, ha dato alla Chièsa il suo Capo e molti collaboratori al governo centrale della Santa Sede, la Chiesa nel suo complesso ha sempre conservato intatto il suo carattere soprannazionale. Che anzi non poche circostanze hanno contribuito, precisamente per quésta via, a preservarlo

da pericoli, che altrimenti avrebbero potuto farsi più sensibili. Si pensi, per citare un esempio, alle lotte per la egemonia degli Stati nazionali europei e delle grandi dinastie nei secoli passati.

Anche dopo la Conciliazione fra la Chiesa e lo Stato coi Patti Lateranensi, il clero italiano, nel suo insieme, pur senza alcun pregiudizio del naturale e legittimo amore di patria, ha continuato ad essere nn fedele sostegno e un patrocinatore della soprannazionalità della Chiesa. Noi Ci auguriamo e preghiamo che tale rimanga, specialmente il giovane clero, in Italia e in tutto l'orbe cattolico; ad ogni modo le delicate condizioni presenti esigono una particolare cura e tutela di quella soprannazionalità e indivisibile unità della Chiesa.

LA UNIVERSALITÀ DELLA CHIESA

Soprannazionale perchè abbraccia con un medesimo amore tutte le nazioni e tutti i popoli, essa è anche tale, come abbiamo già accennato, perchè in nessun luogo è straniera. Essa vive e si sviluppa iii tutti i paesi del mondo, e tutti i paesi del mondo contribuiscono alla sua vita e al suo sviluppo. Un tempo la vita ecclesiastica, in quanto è visibile, si svolgeva rigogliosa a preferenza nei paesi della vecchia Europa, donde si diffondeva, come fiume maestoso, a quella che poteva dirsi la periferia del mondo ; oggi apparisce invece come uno scambio di vita e di energie fra tutti i membri del corpo mistico di Cristo sulla terra/Non poche regioni in altri continenti hanno da molto tempo sorpassato il periodo della forma missionaria della loro organizzazione ecclesiastica, sono rette da una propria gerarchia e danno a tutta la Chiesa beni spirituali e materiali, mentre prima soltanto li ricevevano.

Non si svela forse in questo progresso e arricchimento della vita soprannaturale, ed anche naturale, della umanità il vero senso della soprannaturalità della Chiesa ? Essa non sta, a causa di questa soprannazionalità, quasi sospesa, in una inaccessibile e intangibile lontananza, al di sopra delle nazioni ; ma, come Cristo fu in mezzo agli uomini, così ánchela Chiesa, in cui Egli continua a vivere, si trova in mezzo ai popoli. Come il Figlio di Dio assunse una vera natura umana, così anche la Chiesa prende in sè la pienezza di tutto ciò che è genuinamente umano e lo eleva a sorgente di forza soprannaturale, dovunque e comunque lo trova.

Si compie così sempre più nella Chiesa di oggi ciò che S. Agostino magnificava nella sua « Città di Dio » : La Chiesa, egli scriveva, « chiama da tutte le gentil suoi cittadini, e in tutte le lingue aduna la sua comunità peregrina sulla terra; non cura ciò che è diverso nei costumi, nelle leggi, nelle istituzioni ; nulla di ciò essa rescinde o distrugge, ma piutto-

sto conserva e segue. Anche quel che è diverso nelle diverse nazioni, è tuttavia indirizzato all'unico e medesimo fine della pace terrena, se non impedisce la religione dell'unico sommo e vero Dio ».[8]

Come un faro potente, la Chiesa, nella sua universale interezza, getta il suo fascio di luce in questi giorni oscuri, per i quali passiamo. Non meno tenebrosi erano quelli, in cui il gran Dottore d'Ippona vedeva quel mondo, che egli amava tanto, cominciare a sommergersi. Quella luce allora lo confortava e al suo chiarore salutava, coinè in una visione profetica, la novella aurora di un giorno più bello. Il suo amore verso la Chiesa, il quale non era altro che il suo amore di Cristo, f u la sua beatificante consolazione. Possano tutti coloro, che oggi, nei dolori e nei pericoli della loro patria, soffrono pene simili a quelle di Agostino, trovare, come lui, nell'amore della Chiesa, di questa casa universale, che, secondo la divina promessa rimarrà sino alla fine dei tempi, ristoro e sostegno !

Da parte Nostra, Noi bramiamo di rendere questa casa medesima sempre più solida, sempre più abitabile per tutti, senza eccezione. Perciò nulla vogliamo omettere, che possa esprimere visibilmente la sopranazionalità della Chiesa, quale segno del suo amore verso Cristo, Che essa vede e a Cui serve nella ricchezza dei suoi membri sparsi per il mondo intioro.

L'OPERA DI PACE

In quest'ora, in cui celebriamo la nascita di Colui, che venne per riconciliare gli uomini con Dio e fra loro stessi, Noi non possiamo omettere di dire una parola sull'opera di pace, che le classi dirigenti nello Stato, nella politica e nell'economia si sono accinti ad edificare.

Con una dovizia, finora forse non mai avutasi, di esperienza, di buon volere, di saggezza politica e di potenza organizzatrice, sono stati iniziati i preparativi per l'ordinamento della pace mondiale. Giammai, forse, da che mondo è mondo, i reggitori della cosa pubblica non si sono trovati dinanzi ad un'impresa così vasta e complessa per il numero, la grandezza e la difficoltà delle questioni da risolvere, nè così grave per i suoi effetti in larghezza e in profondità, per il bene o per il male, come quella di ridare oggi all'umanità — dopo tre decenni di guerre mondiali, di catastrofi economiche e di smisurato impoverimento, — ordine, pace é prosperità. Altissima, formidabile è la responsabilità di coloro che si apprestano a portare a compimento un'opera così gigantesca.

Non è Nostra intenzione di entrare nell'esame delle soluzioni pratiche

[8] ***De civìt. Dei,*** **1. lo, c. 17 - MIGNE, *PL.*, t. 41, col. 646.**

che essi potranno dare a così ardui problemi; crediamo però proprio del Nostro ufficio, in continuazione dei Nostri precedenti Messaggi Natalizi durante la guerra, di additare i presupposti morali fondamentali di una vera e durevole pace ; ciò che ridurremo a tre brevi considerazioni :

TRE PRESUPPOSTI FONDAMENTALI DI UNA VERA E DUREVOLE PACE

I°) L'ora presente richiede imperiosamente la collaborazione, la buona volontà, la reciproca fiducia di tutti i popoli. I motivi di odio, di vendetta, di rivalità, di antagonismo, di sleale e disonesta concorrenza, debbono essere tenuti lontano dai dibattiti e dalle risoluzioni politiche ed economiche. « Chi può dire — aggiungeremo con la Sacra Scrittura[9] — : Ho la coscienza netta, sono puro di colpa ? Doppio peso e doppia misura, ambedue sono abominevoli presso Dio ». Chi dunque esige la espiazione delle colpe con la giusta punizione dei criminali in ragione dei loro delitti, deve avere ogni cura di non fare egli stèsso ciò che rimprovera ad altri come colpa o delitto. Chi vuole riparazioni, deve chiederle «ulla base dell'ordine morale, del rispetto a quégl'inviolabili diritti di natura, che rimangono anche in coloro, che si sono arresi incondizionatamente al vincitore. Chi domanda sicurezza per il futuro, non deve dimenticare che la sola vera garanzia consiste nella propria forza interna, vale a dire nella tutela della famiglia, dei figli, del lavoro, nell'amore fraterno, nell'abbandono di ogni odio, di ogni persecuzione o ingiusta vessazione di onesti cittadini, nella leale concordia fra Stato e Stato, fra popolo e popolo.

2°) A tal fine è necessario che dappertutto si rinunzi a creare artificiosamente, con la potenza del danaro, di una arbitraria censura, di giudizi unilaterali, di false affermazioni, una cosidetta pubblica opinione, che muove il pensiero e il volére degli elettori come canne agitate dal vento. Si dia il debito valore alla vera e grande maggioranza, formata da tutti quelli che onestamente e tranquillamente vivono del loro lavoro in mezzo alle loro famiglie e vogliono fare la volontà di Dio. Ai loro occhi le contese per più favorevoli confini, la lotta per i tesori della terra, anche se non sono necessariamente e a priori immorali in sè stesse, costituiscono pur sempre un giuoco pericoloso, che non si può affrontare se non a rischio di cagionare un cumulo di rovine e di morte. È la vasta maggioranza dei buoni padri e madri di famiglia, che vorrebbero proteggere e difendere l'avvenire dei propri figli contro la pretesa di ogni

[9] ***Prov.* 20, 9-10.**

politica di pura forza, contro gli arbitri del totalitarismo dello Stato forte.

3°) La forza dello Stato totalitario! Crudele e sanguinante ironia! Tutta la superficie del globo, rossa del sangue versato in questi anni terribili, proclama altamente la tirannia di un tale Stato.

L'edificio della pace riposerebbe sopra una base crollante e sempre minacciosa, se non ponesse fine a un siffatto totalitarismo, il quale riduce l'uomo a non essere più che una pedina nel giuoco politico, un numero nei calcoli economici. Con un tratto di penna esso muta i confini degli Stati; con una decisione perentoria sottrae l'economia di un popolo, che pure è sempre una parte di tutta la vita nazionale, alle sue naturali possibilità; con una mal dissimulata crudeltà scaccia anch'esso milioni di uomini, centinaia di migliaia di famiglie, nella più squallida miseria, dalle loro case e dalle loro terre, e le sradica e le strappa da una civiltà e una coltura, alla cui formazione avevano lavorato intiere generazioni. Anch'esso pone arbitrari limiti alla necessità e al diritto di migrazione e al desiderio di colonizzazione. Tutto ciò costituisce un sistema contrario alla dignità e al bene del genere umano. Eppure, secondo l'ordinamento divino, non è la volontà e la potenza di fortuiti e mutevoli gruppi d'interesse, ma l'uomo nel mezzo della famiglia e della società col suo lavoro, il signore del mondo. Così quel totalitarismo fallisce in ciò che è l'unica misura del progresso, vale a dire nel creare sempre maggiori e migliori condizioni pubbliche, affinchè la famiglia possa esistere e svilupparsi come unità economica, giuridica, morale e religiosa.

Nei confini di ciascuna Nazione particolare, come in seno alla grande famiglia dei popoli, il totalitarismo dello Stato forte è incompatibile con una vera e sana democrazia. Come un pericoloso bacillo, esso avvelena la comunità delle Nazioni e la rende incapace di essere la garante della sicurezza dei singoli popoli. Esso rappresenta un continuo pericolo di guerra. La futura opera di pace vuol bandire dal mondo ogni uso aggressivo della forza, ogni guerra offensiva. Chi potrebbe non salutare di cuore un tale proposito, e specialmente la sua efficace attuazione? Se però questo non deve essere soltanto un bel gesto, occorre escludere ogni, oppressione è ogni arbitrio dal di dentro e dal di fuori.

Di fronte a questo incontestabile stato di cose, un'unica soluzione rimane: il ritorno a Dio e all'ordine stabilito da Dio.

Quanto più si sollevano i veli circa il sorgere ed il crescere delle forze che hanno scatenato la guerra, tanto più chiaro appare che esse erano le eredi, le portatrici e le cpntinuatriei di errori, dei quali un elemento

essenziale era la noncuranza, il sovvertimento, la negazione e il disprezzo del pensiero e dei principi cristiani.

Sé dunque qui giace là radice del male, non vi è che un solo rimedio : tornare all'ordine fissato da Dio anche nelle relazioni fra gli Stati ei popoli; tornare a un vero cristianésimo nello Stato e fra gli Stati. Nè si dica che questa non è politica realistica. La esperienza dovrèbbe aver insegnato a tutti che la politica orientata verso le eterne verità e le leggi di Dio è la più reale e concreta delle politiche. I politici realisti, che altrimenti pensano, non creano che rovine.

I PRIGIONIERI DI GUERRA E I DETENUTI POLITICI

Ed ora infine il Nostro sguardo, dopo che è andato osservando, per quanto fugacemente, le condizioni presenti del mondo, non può non soffermarsi ancora una volta sulle schiere, tuttora ingenti, dei prigionieri di guerra.

Nell'apprestarci, infatti, a trascorrere in raccolta ed interiore letizia e in fervorosa preghiera la santa festività del Natale, che riafferma e nobilita con secolare e non mai spenta armonia i vincoli della famiglia umana e richiama al focolare domestico, quasi a sacro convegno, anche chi ne vive abitualmente lontano, Noi. pensiamo con profonda tristezza a tutti coloro che, nonostante la proclamata fine della guerra, dovranno passare anche quest'anno in terra straniera la dolce ricorrenza e sentire nella notte del gaudio e della pace il tormento della loro incerta situazione e della loro lontananza dai genitori, dalle spose, dai figli, dai fratelli, dalle sorelle, da quanti sono loro cari.

E mentre vogliamo tributare un giusto riconoscimento ed elogio a quelle Autorità e a quelle opere e persone, che hanno cercato è cercano di render meno dura e meno lunga la pesante loro condizione, non possiamo tacere la Nostra pena, quando, oltre alle sofferenze inevitabilmente portate dalla guerra, abbiamo saputo di quelle quasi volutamente inflitte ai prigionieri e ai deportati ; quando, in alcuni casi, abbiamo veduto prolungarsi senza ragione sufficiente la durata della loro cattività; quando il giogo, già per se stesso opprimente della prigionia, è stato aggravato dal peso di faticosi e non debiti lavori, o quando, in facile disprezzo delle norme sancite da convenzioni internazionali e di quelle anche più inviolabili della coscienza cristiana e civile, si è negato con modi disumani il trattamento dovuto anche ai vinti.

A quésti figli, tuttora costretti in prigionia, vada sulle ali degli angeli del Natale il Nostro paterno Messaggio, e giunga loro, apportatore di conforto, di speranza e di luce, il Nostro voto, condiviso da quanti hanno

vivo il senso della fratellanza umana, di vederli ordinatamente e sollecitamente restituiti alle loro ansiose famiglie e alle loro normali occupazioni di pace.

E noi siamo certi d'interpretare l'aspirazione di tutti i benpensanti, se estendiamo questo Nostro voto a quegli uomini, a quelle donne e a quegli adolescenti, detenuti politici, esposti talvolta ad aspre sofferenze, ai quali non può, se mai, rimproverarsi altro che il loro passato atteggiamento politico, ma nessuna attività delittuosa, nessuna violazione della legge. Noi menzioneremo qui anche, con commossa sollecitudine, i missionari e i civili, nel lontano Oriente, che per effetto di gravi recenti avvenimenti vivono nell'afflizione e nel pericolo. È un manifesto dovere di natura che tutti questi infelici siano trattati umanamente; ed anzi stimiamo che l'auspicata pacificazione e concordia nei popoli e fra i popoli non potrebbe meglio iniziarsi che con la loro liberazione e, in quanto sia del caso, con la loro dovuta conveniente ed equa riabilitazione.

Con tali sentimenti ed auguri sul labbro e nel cuore, Nói invochiamo su di voi, Venerabili Fratelli e diletti figli, come anche su tutti i Nostri amati figli e figlie sparsi sulla terra, l'abbondanza delle grazie del Salvatore divino, della quale è pegno l'Apostolica Benedizione, che con paterno affetto v'impartiamo.

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACEA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 19 Múii 191¡5. — **Titulari episcopali Ecclesiae Messeniensi praefecit E. D. Iulianum Weber, e Societate Presbyterorum a S. Sulpitio, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Iosephi Eugenii Euch, Episcopi Argentinensis.**

die 14 Novembris. — **Cathedrali Ecclesiae de Vera «Paz Exc. P. D. Baymundum Martín, hactenus Episcopum titularem Trocmadianum.**

(Me 29 Decembris. — **Cathedrali Ecclesiae Oranensi E. D. Bertrandum Lacaste, e dioecesi Baionensi.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Orcistanae E. D. Armandum Coupel, Vicarium generalem archidioecesis Bhedonensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Francisci Ioannis M. Serrand, Episcopi Briocensis.**

— **Titolari, episcopali Ecclesiae Iuliopolitanae E. D. Senatum Piérard, Vicarium generalem dioecesis Catalaunensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Iosephi M. Tissier, Episcopi Catalaunensis.**

SACRA CONGREGATIO CONCILII

INDULTUM

CIRCA ABSTINENTIAM ET IEIUNIUM

Attentis difficilibus rerum adiunctis quae recens bellum sequuta sunt, Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XII benigne prorogare dignatus est, in iisdem terminis et donec aliter provideatur, Apostolicum Indultum diei 19 Decembris 1941 circa legem abstinentiae et ieiunii ecclesiastici *{Acta Apostolicae Sedis,* **vol. XXXIII, pag. 516).**

Quapropter omnes locorum Ordinarii, cuiuslibet ritus, concedere poterunt, secundum prudens ipsorum iudicium, in territorio propriae iurisdictionis, generalem dispensationem super lege abstinentiae et ieiunii ecclesiastici, in favorem quoque Religiosorum et Religiosarum etiam exemptionis privilegio fruentium.

Firma tamen manet lex abstinentiae et ieiunii ecclesiastici, pro fidelibus ritus latini, Feria IV Cinerum et Feria VI in Parasceve; pro fidelibus vero alius ritus, duobus diebus ab eorum Ordinariis statuendis.

Locorum autem Ordinarii, qui supra memoratam dispensationem concéssuri sunt, hortari curabunt fideles, praesertim Clerum saecularem, Religiosos ac Religiosas, ut hanc apostolicam concessionem compensaré studeant voluntatis exercitiis christianae perfectionis et expiationis atque bonis operibus, praecipue caritatis erga inopes ét aegrotos, neve omittant pias Deo ad mentem eiusdem Pontificis preces offerre.

Romae, die 22 Ianuarii an. 1946.

£8 F. **Card.** MARMAGGI, *Praefectus.*

L. © S.

I, **Bruno,** *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

OVETEN.

NULLITATIS MATRIMONII (RODRIGTJEZ-ZARDAIN)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dominae Teresiae Zardain Iglesias;, in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria Apost.) die 26 Aprilis 1946, hora undecima ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Dominae Teresiae Zardain Iglesias, curare debent ut de hac edictali citatione ipsa moneatur.*

Dinus Staffa, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 4 Ianuarii 1946.

I,, Stoppini, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Thérèse Zardain Iglesias, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 26 avril 1946, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessus rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.**

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Thérèse Zardain Iglesias devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, su è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

2 giugno 1945. A S. E. il sig. Myron Carlo Taylor, Rappresentante Personale di S. E. il sig. Presidente degli Stati Uniti d'America.

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

18 giugno 1945. Al sig. Oakleigh Thorne, dell'archidiocesi di Nuova York.

La Commenda dell'Ordine Piano :

18 giugno 1945. Al sig. Wintrop Williams Aldrich, dell'archidiocesi di Nuova York.

La Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile :

30 aprile 1945. Al sig. David Ciampini, della diocesi di Ascoli Piceno.
» maggio » Al sig. Alberto Adragna, della diocesi di Trapani.
2 agosto » Al sig. Oscar Haleckii, dell'archidiocesi di Varsavia.

La Commenda con Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile :

24 novembre 1945. Al sig. Marco Kaboha, del Vicariato Apostolico del Ruwenzori.
26 » » Al sig. Giulio 'Steverlynck, della diocesi di Mercede.

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile :

30 aprile 1945. Al sig. Raffaele Ferretti (Italia).
» » » Al sig. Vincenzo Soro (Italia).
» maggio » Al sig. Giuseppe D'Ali Monroj, della diocesi di Trapani.
» » » Al sig. Giuseppe Di Blasi, della medesima diocesi.
20 giugno Al sig. dott. Roberto Ganado, dell'archidiocesi di Malta.
8 luglio » Al sig. Michele Figueroa y Miranda (Cuba).
10 agosto Al sig. Valentino Vecchi, dell'archidiocesi di Trani, Nazareth e Barletta.

5 settembre 1945. Al sig. cav. Bernardo Tomboochetty, della diocesi di Mysore.
19 » Al sig. ing. Luciano Giacomuzzi, dell'arehidiocesi di Udine.
21 novembre Al sig. dott. Ugo Mancini Cortesi (Roma).
28 » Al sig. Francesco Longoni, dell'arehidiocesi di Milano.
1 dicembre Al sig. Angelo Bonetti, della medesima archidiocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile

8 novembre 1944. Al sig. Tommaso A. Brennan, della diocesi di Brooklyn.
» » » Al sig. Michele F. Walsh, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Patrizio F. ßcanlan, della medesima diocesi.
9 » » Al sig. Riccardo F. Farley, della medesima diocesi.
» » Al sig. Carlo J. Dodd, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Tommaso A. Me Goldrick, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Giuseppe P. Carlin, della medesima diocesi.
30 » » Al sig. Bernardo A. Kennedy, della diocesi di La Crosse.
» » » Al sig. Giovanni E. Fitzpatrick, della diocesi di Omaha.
14 marzo 1945. Al sig. Ignazio Del Valle, dell'arehidiocesi di S. Cristoforo dell'Avana.
» » » Al sig. Stanislao Del Valle, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Antonio Tarafa y Go vin, della medesima archidiocesi.
26 aprile » Al sig. Libero Scarpellino (Roma).
11 giugno » Al sig. Eusebio Crociani, della diocesi di Recanati Loreto.
16 » Al sig. Lamberto De Oamillis (Roma).
3 agosto ÀI sig. dott. Francesco Carlo Lees, della diocesi di Shillong.
24 » Al sig. Alfredo Ferrarese, della diocesi di Treviso.
21 settembre Al sig. prof. Mario Barberis (Roma).
24 » AI sig. Giuseppe Carvalheiro De Castro (Portogallo).
15 ottobre Al sig. Rosario Massimino, della diocesi di Acireale.
12 novembre Al sig. Felice Gandini, dell'archidiocesii di Milano.

La Gran Croce dell'Ordine di 8. Silvestro Papa :

2 maggio 1945. Al sig. Gen. Edgardo ErsMne Hume (Stati Uniti d'America).
20 » Al sig. dott. ing. Bernardino Nogara (Città del Vaticano).
12 luglio Al sig. Conte Giuseppe Dalla Torre (Città del Vaticano).
31 » Al sig. Pietro Ryckmans, Governatore Generale del Congo Belga.
14 ottobre Al sig. Augusto Mariotto, della diocesi di Verona.
18 dicembre Al sig. Alvaro Pietro de Souza, del Patriarcato di Lisbona.

La Placca dell'Ordine M B. Silvestro Papa:

3 luglio 1945. Al sig. comm. Mario Seganti (Città del Vaticano).
17 novembre » Al sig. Luigi Adragna, della diocesi di Trapani.

La Commenda con Placca dell'Ordine di 8. Silvestro Papa :

5 maggio 1945. Al sig. Maggiore Percy Edward Cokhead (Gran Bretagna).

La Commenda dell'Ordine di 8. Silvestro Papa :

26 novembre 1944. Al sig. (Silvio Gava, della diocesi di Castellammare di Stabia.
31 gennaio 1945. Al sig. Ermete Bracci, dell'archidiocesi di Camerino.
28 aprile » Al sig. Salvatore Genovese, della diocesi di Noto.
18 giugno Al sig. Giacomo Prandelli (Roma).
25 » » Al sig. Vincenzo Pieri (Roma).
» » Al sig. cav. Ovidio Menicucci, Maggiore della Guardia Palatina d'Onore di Sua Santità.
9 luglio » Al sig. Virgilio Pallini (Roma).
16 » » Al sig. Attilio Germano, dell'archidiocesi di Bari.
» » » Al sig. Francesco De Palma, della medesima archidiocesi.
30 » » Al sig. Pietro Decimo Toselli, della diocesi di Cuneo.
25 settembre » Al sig. dott. 'Sante Gómez Cornejo, della diocesi di Madrid.
11 ottobre » Al sig. prof. dott. Lodovico Pontoni, dell'archidiocesi di Napoli.
22 » » Al sig. Augusto Colangeli, della diocesi di Sabina e Poggio Mirteto.
23 » » Al sig. avv. Giuseppe Grassi Tropea, della diocesi di Acireale.
8 novembre » Al sig. Giovanni Giuseppe Fossataro, dell'archidiocesi di Capua.
30 » » Al sig. Enrico Sarri (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

23 marzo 1945. Al sig. Paolo D'Avoli, della diocesi di Anagni.
19 maggio » Al sig. Giuseppe Coltellacci, della diocesi di Palestrina.
5 giugno » Al sig. Rodolfo Meomartini, dell'archidiocesi di Benevento.
12 » » Al sig. Cesare Pieroni (Roma).
25 » » Al sig. dott. Paolo Spinosi, Tenente della Guardia Palatina d'Onore di Sua Santità.
» » Al sig. Angelo Di Giorgio, Tenente della Guardia Palatina d'Onore di 'Sua Santità.
9 luglio » Al sig. Torquato Cardilli, dell'archidiocesi! di L'Aquila.
24 » » Al sig. Giuseppe Ranieri, dell'archidiocesi di Bari.
» » » Al sig. Nicola Mincuzzi, della medesima archidiocesi.

24	luglio	1945.	Al sig. 'Saverio Centrone, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Al sig. Luciano Marzollo, della medesima archidiocesi.
26	»	»	Al sig. Pico Discepoli, della diocesi di Tivoli.
13	agosto	»	Al sig. Francesco Intonti, dell'arehidiocesi di Trani, Nazareth e Barletta.
			Al sig. Michele Palella, della medesima archidiocesi.
24			Al sig. Benedetto Róncisvallo, dell'archidiocesi di Catania.
»	settembre	»	Al sig. Alberto Costa (Portogallo).
22	ottobre		Al .sig. Cesare Tarquini (Roma).
8	novembre		Al sig. Raffaele Umili, dell'arehidiocesi di Capua.
30	»		Al sig. Domenico Sarri (Roma).
5	dicembre		Al sig. Domenico Passagrilli (Roma).
10	»		Al sig. Giovanni La Manna, dell'arehidiocesi di Taranto.
21	»		Al sig. Alberto Ronzoni, dell'arehidiocesi di Modena.

NECROLOGIO

23	novembre	1945.	Monsig. Flaminio Belotti, Vescovo tit. di Sufetula.
8	dicembre	»	Monsig. Giuseppe Mazzoli, Arcivescovo tit. di Germa di Ellesponto, Delegato Apostolico in Bulgaria.
18		»	Monsig. Mariano Leone Fulman, Vescovo di Lublino.
21		»	Monsig. Adolfo Perez y Muñoz, Vescovo di Cordova nella Spagna.
24	»	»	Monsig. Mariano Hulguin, Arcivescovo di Arequipa.
26	»	»	Monsig. Luciano Martin, Vescovo di Amiens.
3	gennaio	1946.	Monsig. Natale Gabriele Moriondo, Arcivescovo tit. di Sergiopoli.
			Monsi| Angelo Cambiaso, Vescovo di Albenga.
			Monsii Carlo Maria Andrea Ginisty, Vescovo di Verdun.

An. et vol. XXXTffl 25 Ianuarii 1946 (Ser. II, v. XIII) - Num. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM: OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

LITTERAE ENCYCLICAE

VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS, PËIMATIBUS, ARCHIEPÌSCOPIS, EPISCOPIS, ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS, PACEM ET COMMUNIONEM: CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS: CCCL ELAPSIS ANNIS, EX QUO RUTHENORUM ECCLESIA APOSTOLICAE SEDI FELICITER COAGMENTATA EST.

PIUS PP. XII

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

.. Orientales omnes Ecclesias — quod historia docet — amantissima semper voluntate Romani Pontifices prosecuti sunt; atque adeo earum discessum ex unius ovilis caulis gravate ferentes, ac « nulla quidem humana re, sed caritate divina communisque salutis studio permoti eas iterum iterumque invitaverunt ut ad unitatem illam, ex qua misere discessissenti, quam citissime se reciperent. Eis siquidem omnino certum exploratumque est ex eiusmodi coniunctione, redintegrata feliciter, cum rei christianae universae, tum peculiari modo Orientalibus ipsis uberrimos fructus ortum iri; quandoquidem ex

[1] LEO XIII, Epist. Apost. *Praeclara gratulationis,* d. d. 20 Iun. 1894, *Acta Leonis XIII,* t. XIV, p. 201.

plena perfectaqüe christianorum omnium unitate mysticum Iesu Christi corpus eiusque singula membra magnum incrementum non consequi non possunt.

Quam ad rem animadvertendum est minime esse Orientalibus timendum, ne iidem, fidei ac regiminis unitate restituta, legitimos suos ritus et usus relinquere cogantur; quod quidem Decessores Nostri non semel clare luculenterque edixerunt. « Neque est cur dübitetis, quidquam propterea vel Nos, vel Successores Nostros de iure vestro, de patriarchalibus privilegiis, de rituali cuiusque Ecclesiae consuetudine detracturos ».*

Quamquam vero felix ille dies nondum advenit, quo omnes orientis populos Nobis liceat, ad unum reversos ovile, paterno pectore amplecti, laeti tamen non paucos cernimus ex hisce regionibus filios, qui, cum Beati Petri Cathedram veluti catholicae unitatis arcem agnoverint, hac in eadem unitate tuenda eonfirmandaque tenacitate summa perseverant.

In quibus quidem hodie peculiari titulo Euthenorum Ecclesiam memorare libet, non modo quod assectatorum numero praestat fideique retinendae studio, sed quod etiam quinquagesimus ac trecentesimus iam volvitur annus, ex quo eadem ad Apostolicae Sedis communionem feliciter restituta est. Quem faustitatis eventum si eos potissimum addecet, quorum res est, grato animo celebrare, at opportunum etiam ducimus in catholicorum omnium memoriam revocare, tum ut de praeclaro hoc accepto beneficio immortales Deo grates agant, tum etiam ut una Nobiscum eum supplices adprecentur, ut praesentes dilectissimi huius populi angustias anxitudinesque relevare benigne ac mitigare velit, eiusque sanctissimam religionem tutari, constantiam regere, fidem servare incolumem.

! LEO XIIT, loc. cit.

Putamus autem, Venerabiles Fratres, non sine utilitate fore, si eventus, de quibus agitur, per has Litteras ad historiae fidem presse breviterque attingamus. Ac principio animadvertendum; est, antequam etiam Ruthenorum cum Apostolica Sede coniunctio annis MDLXXXXV **et** MDLXXXXVI **laetis auspiciis Romae peracta et in Brestensi urbe confirmata esset, non semel hos populos ad Romanam Ecclesiam, utpote ad unam totius christianae communitatis matrem, respexisse, eidemque debitam habuisse, pro officii sui conscientia, obedientiam venerationeraque. Ita, exempli gratia, S. Vladimirus — eximius ille Princeps, quem paene innumeri Russicae dicionis populi suae ad christianam fidem conversionis auctorem fautoremque veneran tur — quamvis liturgicos ritus sacrasque caerimonias ab Orientali fuisset Ecclesia mutuatus, non solum in catholicae Ecclesiae unitate, officii memor, pers ti tit, sed curavit etiam diligenter ut inter Apostolicam Sedem Nationemquè suam amicae mutuaeque intercédèrent rationes. Ex iis autem non pauci, qui ex nobili eius genere orti sunt, postquam etiam Constantinopolitana Ecclesia diro schismate seiuncta est, Romanorum Pontificum Legatos debitis honoribus exeepere, fraternaeque necessitudinis vinculis cum ceteris catholicorum communitatibus devincti sunt.**

Quamobrem haud absone egit ab antiquissimis memoriae traditis Ruthenaé Ecclesiae monumentis Isidorus Kioviae Russiarumque Metropolita, cum anno MCDXXXIX **in Oecumenico Concilio, Elorentiae celebrato, decretum apposito nomine subseripsit, quo Graeca fuit Latinae Ecclesiae sollemniter coagmentata. Nihilo secius a Concilio reversus, etsi Kioviam in sui honoris sedem magno cum gaudio receptus est, subinde tamen Mosquae in carcerem detrusus, fugam abripere atque ex territorio cedere coactus est.**

Attamen felicis huius Ruthenorum cum Apostolica Sede

coniunctionis memoria decursu aetatis non omnino obsolevit, quamvis non una occurreret causa, ob tristissimas temporum condiciones, cur eadem penitus deleretur. Ita novimus anno MCDEVIII **Gregorium ^Manamas Cpñgtantinopolitanüm Patriarcham hac in alma urbe Gregorium quemdam Ruthenorum Metropolitam consecrasse,' qui tunc Lithuaniae Magno Duci subiciebatur; ac novimus etiam unum alterumve ex Metropolitae huius^suecessoribus unitatis vinculum cum Romana Eeclesia redintegrare conatum esse, licet declaratam sollemnemque fieri unitatis huius promulgationem adversa rerum ad-; iuncta non permitterent.**

Vertente autem ad fihem xvi saeculo, magis cotidie magisque manifestum patuit optatam Ruthenorum Ecclesiae, gravibus oppressae malis, renovationem reformatiónemque, nisi a redintegrata cum Apostolica Sede coniunctione non esse spérandami Vel ipsi rerum gestarum scriptores, qui e dissidentibus sunt., infélicissimum huius Ecclesiae statum describunt aperteque confitentur. Ac Ruthenorum proceres anno MDLXXXV **Varsaviae, congregati, cum suas querelas vividis acribusque verbis Metropolitae proponerent, suam Ecclesiam talibus vexari malis• asseverarunt, qtialibus maiora numquam fuissent, neque in posterum futura esse possent.**

, Neque iidem dubitabant Metropolitam ipsum, Episcopos coenobiorumque moderatores in causam vocare, gravibusque incusationibus coarguere ; qua quidem in re, cum ex laicorum ordine homines adversus hierarchiam exsurgerent, ecclesiasticae, disciplinae vincula non parum relaxari videbantur.

Nihil mirum igitur si ipsi tandem aliquando sacrorum Antistites, variis in cassum adhibitis remediis, solam Ruthenae Ecclesiae spem in conciliando ad catholicam unitatem reditu positam esse censuerunt Eo tempore Princeps Constantinus Ostrogiensis -- quo nemo inter Ruthenos erat potentior — reditui eiusmodi exsequendo favebat, si modo tamen universa Orientalis Ecclesia Occidentali adstipularetur; at postea cum idem, cernerete eiusmodi consilium non ita, ut ipsi in optatis erat,

initum iri, coniunctioni instaurandae acerrime; adversatus est. Nihilo secius postridie calendasDecembris, annoᶠMDLXxxxivi Metropolita ac sex Episcòpi, collatis invicem consiliis, communem ediderunt declarationem, qua sé ad concordiam optatam^ que .unitatem promovendam paratos esse edixerunt. In quam quidem sententiam, ita scripserunt, dévenimus « considérantes cum ingenti dolore nostro quanta impedimenta homines ha^ beant ad salutem absque hac unione Ecclesiarum Dei, in qua incipiendo a Christo Salvatore nostro et sanctis illius apostolis praedecessores nostri perstiterant, ac unum summum Pastorem primumque Antistitem in Ecclesia Dei hic in terris —- $rout eä de re Concilia et canones manifestos habemus —- et non quèmi piam alium praeter Sanctissimum Papam Romanum profitebantur, illique parebant in omnibus ac quamdiu id uniformiter in suo robore permansit, semper in Ecclesia Dei ordo cultusque divini incrementum fuit ».[3]

Antequam vero hoc laudabile consilium ad rem feliciter deducere possent, diuturnas intercedere dinìcillimasque negotiaitónes opus fuit. Tandem, postquam a. d. x calendas Iulias, anno MDLXXXXV**, sacrorum omnium Ruthenorum Antistitum nomine nova edita fuerat eiusdem generis declaratio^ Septembri mense vergente res eo progressa erat, ut Cyrillus Terletskyj Episcopus Luceorierisis ac Constantinopolitani Patriarchae Exarf chus, itemque Hypatius Potiej Episcopus Vladimiriensis* utpote ceterorum omnium Episcoporum procuratores, romanum iter suscipere possent. Quo in itinere documentum ab eis allatum est, quo condiciones proponebantur, quibus sacrorum omnes Rutheni Antistites ad Ecclesiae unitatem amplectendam parati erant. Legatis magna cum benevolentia acceptis, Decessor Noster fel. rec. Clemens VIII, quod documentum attulerant, Purpuratorum Patrum Consilio diligenter excútiendum probandumque commisit. Mox initae de universa causa rationes felicem tandem optatumque habuere exitum: siquidem a. d. x**

[s] BAKONIUS, *Annales,* t. VII, Romae 1596, Appendix, p. 681.

calendas Ianuarias a. MDLXXXXVI **iidem Legati coram Summo Pontifice admissi, postquam Episcoporum omnium declarationem eidem in amplissimo conventu tradidere, sollemnem suo eorumque nomine catholicae fidei professionem ediderant ac debitam spopondere obedientiam debitUmque obsequium.,**

Eodem die Decessor Noster Clemens VIII laeti huius eventus notitiam per Apostolicam Constitutionem *Magnus Dominus et laudabilis nimis* ^ **cum universo terrarum orbe ; gratulabündus communicavit. Quanto autem cum gaudio quantaque cum benevolentia Ruthenorum gentem ad ovilis unitatem receptos Romana Ecclesia amplexa fuerit, ex Apostolicis etiam Litteris patet** *Benedictus sit Pastor* **die vii mensis Februarii anno** MDLXXXXVI **datis, quibus Pontifex Maximus Metropolitam ceterosque Ruthenos Episcopos de feliciter adepta totius eorum Ecclesiae cum Apostolica Sede coagmentatione coniunctioneque certiores reddit. Quibus quidem Litteris Romanus Pontifex, postquam quae Romae hac de causa gesta ac pertractata fuerant breviter enarrando explicavit, atque susceptum tandem ex divina misericordia opus grato extulit animo, Ruthenae Ecclesiae usus legitimosque ritus edixit in viola tos servari posse. « Ritus enim et caerimonias vestras, quae fidei catholicae integritatem et mutuam Nostram coniunctionem nequaquam impediunt, eadem ratione et modo, quo a Concilio Florentino permissum est, et Nos quoque vos retinere permisimus ».**[5] **Deinde vero se ab augusto Poloniae Rege petiisse asseverat, ut non modo Episcopos et quae ad eos pertinerent, patrocinio suo tueri vellet, sed eos etiam amplissimis decorare honoribus et in Regni Senatum, prouti iisdem in votis erat, adsciscere. Ac postremo sacrorum illos Antistites fraterno adhortatur animo, ut in** generale **ex tota provincia Concilium quam primum conveniant, atque inibi adeptam Ruthenorum cum Catholica Ecclesia coniunctionem ratam habere ac confirmare velint.**

Hoc Concilium, quod non modo omnes Rutheni Episcopi

*** A.** THEINER. ***Vetera monumenta Poloniae et Lithuaniae,* t. III, p. 240 ss.**

[5] **A. THEIXER, loc. cit., p. 251.**

aliique multi ex ecclesiasticis viris una cum Regiis Legatis, sed Latini etiam Leopoliensis, Luceoriensis ac Chelménsis Dioecesis Antistites participarunt, qui Romani Pontificis personam agerent, in Brestensi urbe celebratum est; et quamvis Episcopi Leopoliensis et Premisliensis a dato consensu misere discessisset, attamen a. d. VIII **idus Octobres, anno** MDLXXXXVI, **Ruthenae communitatis cum Catholica Ecclesia coniunctio feliciter confirmata ac conclamata fuit. Ex qua quidem conciliatione consociationeque, quae Ruthenae gentis necessitatibus tantopere respondebat, fore sperandum profecto erat, ut uberes, consentientibus omnibus, ederentur fructus.**

Verumtamen venit << inimicus homo» et « superseminavit zizania in medio tritici » ;[6] sive nempe ob quorundam virorum principum cupidinem, sive ob susceptas in re politica, inimicitias, sive denique ob praeviam neglegenter habitam hac de re cleri populique institutionem praeparationemque, contentiones acerrimae diuturnaeque calamitates subsecutae sunt, quibus interdum hoc optimis auspiciis initum opus, ne miserandum in modum submergeretur, pertimescendum videbatur.

Quod quidem si in ipso rei initio ob insectationes simultatesque non contigit, quibus non modo dissidentes fratres, sed catholici etiam nonnulli dabant operam, Metropolitis potissimum tribuendum est Hypatio Potiej et Iosepho Velammo Rutskyj, qui indefatigabili studio hanc causam tutari ac provehere contenderunt; idque peculiari modo effecere ut sacerdotes coenobiorumque sodales sacris disciplinis bonisque moribus conformaren tur omnesque christifideles rectis instituerentur germanae fidei praeceptis.

Non multos autem post annos inceptum hoc conciliationis opus martyrii cruore consecratum est: siquidem pridie idus Novembres, anno MDCXXIII, **Iosaphatus Kuncevitius, Archiepiscopus Polocensis et Vitebscensis, sanctitudine vitae et apostolico ardore praeclarissimus ac catholicae unitatis adsertor**

[6] **MATTH., XIII-, 25.**

invictus, a schismaticis acerbissima simultate conquisitus ad necem, telis transfossus immanique securi necatus est. Sed sacer huius quoque martyris sanguis christianorum semen quodammodo factus est; nam parricidae ipsi praeter unum omnes, acti facinoris paenitentes, antequam capitali poena plecterentur, eiurato schismate, suum scelus detestati sunt. Pari modo quod Meletius Smotrytskyj, acerrimus ad Polocensem obtinendam sedem Iosaphati competitor, anno MDCXXVII **ad catholicam fidem rediit, et licet aliquandiu in utramque vacillavissei partem, mox tamen pactum Ruthenorum reditum ad Catholicae Ecclesiae gremium strenuo animo ad mortem usque tutatus est, id quoque sanctissimi huius martyris patrocinio tribuendum esse videtur.**

Attamen difficultates omne genus in annos augebantur, quibus incepta feliciter eiusmodi reconciliatio praepediebatur. Gravissimum **autem illud erat, quod Poloniae Reges, qui sub initium rem patrocinio suo promovere videbantur, externorum deinceps hostium vi, domesticarumque f actionum dissidiis coacti, catholicae unitatis osoribus, qui non deerant, maiora usque concessere. Quamobrem brevi tempore haec sanctissima causa eo devenit, quemadmodum ipsi Rutheni Episcopi confessi sunt, ut nullius iam niteretur praesidio, nisi Romanorum Pontificum* qui, amantissimis datis litteris impertitisque pro facultate auxiliis,- ac praesertim per Apostolicum in Polonia Nuntium, Ruthenam Ecclesiam forti paternoque pectore tinti sunt.**

Quo autem tristiora volvebantur tempora, eo vel magis enituit sacrorum Ruthenorum Antistitum sollertia; qui quidem ei rudem plebem ad christiana praecepta instruere, et sacerdotes haud satis excultos ad altiorem provehere sacrae doctrinae gradum, et monachos denique, si remissi eorum mores iacerent, renovato disciplinae ardore sanctitudinisque afflatu imbuere enisi sunt. Neque iidem cecidere animo, cum anno MDCXXXO **ecclesiastica bona dissidentium fratrum hierarchiae, paulo ante constitutae, magna fuere ex parte attributa, cumque in pactis inter Cosacos Polonorumque Regem initis instauratam Ru.**

thenorum cum Apostolica Sede coniunctionem esse delendam decretum est; quin immo créditos sibi greges constanter tenaciterque defendere perrexerunt.

Deus autem, qui populum suum nimiis amictationibus excruciari non sinit, anno tandem MDCLXVII **pace Andrussoviae composita, Ruthenae Ecclesiae, post tot aerumnas atque iaeturas, tranquilliora tempora affulgere iussit; ex qua quidem parta tranquillitate, maiora in dies incrementa religio sancta suscepit. Etenim christiani mores christianaque fides ita in exemplum floruere, ut in illis etiam duabus Eparchiis, quae anno** MDLXXXXVI **ab unitate seiunctae misere permanserant, de reditu ad catholicum ovile auctiore cotidie cum omnium consensione ageretur. Itaque feliciter evenit, ut anno** MDCLXXXXI **Prèmisi Mensis Eparchia, Leopoliensis autem anno** MDCC **Apostolicae Sedi coagmentarentur; atque adeo universa fere Ruthenorum gens, quae eo tempore intra Poloniae fines eommorabate, catholica tandem frueretur unitate. Rebus igitur cotidie magis florentibus, magno cum christianae rei emolumento, anno** MDCCXX **Metropolita ceterique Ruthenae Ecclesiae Episcopi Zamosciam in Concilium convenerunt ut, collatis inter se consiliis, succrescentibus christifidelium necessitatibus aptius pro facultate prospicerent, cuius ex Concilii decretis •— quae Decessor Noster ven. mem. Benedictus XIII per Apostolicam Constitutionem** *Apostolatus officium d.* **d. xix mensis Iulii, a.** MDCCXXIT **confirmata habuit —- haud mediocres obvenerunt Ruthenorum communitati utilitates.**

Attamen imperscrutabili Dei consilio factum est ut, xvm saeculo iam vergente, haec eadem communitas insectationibus vexationibusque non paucis afficeretur; quae quidem, postquam Poloniae res publica discerpta est, eis in partibus, quae Russorum Imperio coniunctae erant, acriores interdum acerbioresque fuerunt. Atque, Alexandro I Imperatore vita functo, consilium de industria ac temerario ausu susceptum est Ruthenorum cum Romana Ecclesia unitatem penitus infringendi. Iam antea, huius gentis Eparchiae ab omni fere cum Apostolica Sede com-

mercio iñterclusae erant. Sed mox Episcopi electi sunt, qui, schismatis studio imbuti atque permoti, pedisequi civilis auctoritatis fautores evadere possent; in Vilnensi Seminario, ab Imperatore Alexandro I excitato, utriusque ritus clericis doctrina impertiebatur Romanis Pontificibus infesta; : Basiliani!s Ordo, cuius sodales Catholicae Ecclesiae orientalibus ritibus fruenti maximo semper adiumento fuerant, proprio regimine propriaque administratione privatus, eius monachi ac coenobia Eparchialibus Consistoriis penitus subiecta; ac denique latini ritus sacerdotes ne sacramenta aliave religionis munimina Ruthenis subministrarent, gravibus poenis prohibiti. Ac tandem, proh dolor, anno MDCCCXXXIX **Ruthenae Ecclesiae cum dissidente Russorum Ecclesia copulatio sollemniter conclamata est.**

Quisnam enarraverit, Venerabiles Fratres, dolores, iacturae rerumque angustias, quibus nobilissima Ruthenorum gens eo tempore affecta est, idcirco solummodo in crimen in culpamque vocata, quod, per vim, per fraudem cum esset ad schisma compulsa, illatae sibi iniuriae reclamitavit, ac fidem suam retinere pro f acuítate enisa est ?

Iure igitur meritoque huius rei indignitatem Decessor Noster p. r. Gregorius XVI, in Allocutione a. d. x calendas Décembres anno MDCCCXXXIX **habita, universo catholico orbi, cönquerendo deplorandoque, denuntiavit; at neque sollemnes eius expostulation.es reprobationesque exauditae fuere; atque adeo Catholica Ecclesia suos hos filios materno ex gremio iniqua violentia abstractos defiere debuit.**

> Quin immo haud multos post annos Chelmensis etiam Eparchia, ad Poloniae Regnum cum Russorum Imperio unitum pertinens, miseram eamdem sortem perpessa est; et qui christifideles a recta fide desciscere noluerunt, atque impositae anno MDCCCLXXV **cum dissidente Ecclesia coniunctioni, pro officii conscientia, invicto pectore obstiterunt, iidem qua pecuniariis poenis, qua verberibus, qua exsilio indigne mulctati sunt.**

At contra, hoc eodem tempore in Leopoliensi ac Premisliensi Eparchiis, quae quidem, cum Poloniae res publica discissa èst,

Austriae Imperio coagmentatae fuere, Ruthenorum eausa tranquille plaeideque agebatur. Anno MDCCCVII **titulus metropolitanus Halicensis inibi restitutus est, perpetuoque cum Leopoliensi Archidioecesi coniunctus. Atque in hac provincia res tantopere floruerunt, ut duo sübinde Metropolitae, Michael Levyckyj (a.** MDCCCXVI-MDCCCCVIII**) ac Silvester . Sembratovyc (a.** MDCCCLXXXII-MDCCCLXXXXVIII**), qui egregia prudentia incensoque studio dieioni quisque suae praefuerunt, ob insignes animi dotes ac singularia promerita Romana Purpura honestati, in supremum Ecclesiae Senatum cooptati sunt. Cumque catholicorum numerus magis in dies magisque augeretur, Decessor Noster fel. rec. Leo XIII anno** MDCCCLXXXV **novam Eparchiam, Stanislaopolitanam nempe, legitime constituit; ac sex post annos felix Galicianae Ecclesiae status peculiari modo confirmatus est, cum sacrorum omnes Antistites una cum Summi Pontificis Ablegato aliisque e clero pluribus, Leopolim convenerunt, ut ibi ex universa Provincia Concilium celebrarent et opportunas de re liturgica ac de sacra disciplina normas ederent.**

Cum autem, saeculo xix ad exitum vertente atque ineunte XX, **Rutheni bene multi ob rerum oeconomicarum angustias ex Galiciana terra in Foederatas septentrionalis Americae Civitates, in Canadensem regionem et apud australis Americae Nationes transmigravissent, Decessor Noster fel. mem. Pius X, sollicito timens animo, ne hi dilectissimi filii sui, loci linguae ignari latinisque ritibus non experti, schismaticorum haereticorumque fallaciis irretirentur, vel dubitationibus erroribusque illaqueati religionem omnem misere abicerent, anno** MDCCCCVII **Episcopum certis facultatibus instructum pro iisdem constituit. Postea vero, cum horum catholicorum numerus necessitatesque augerentur, peculiaris Episcopus Ordinarius pro Ruthenis, ex Galicia ortis, in Foederatis Americae Civitatibus, atque alter in Canadensi Regione nominati sunt, praeter Episcopum Ordinarium, christifidelibus huius ritus destinatum, qui vel ex Subcarpatia Russa, vel ex Hungaria, vel ex Jugoslavia suas sedes**

transtulissent. Ac deinceps cum Sacrum^ Consilium: christiano nemini propagando* tum Sacrum ,etiam Consilium Orientali Ecclesiae praepositum ecclesiasticas Ruthenorum res iri iis dicionibus; quas supra memoravimus et in australis etiam Am&i ricae terris, consentaneis atque: opportunis decretis normis^ ordinaverunt.

Haud mirum igitur est, Venerabiles Fratres, si ob tam magrta accepta beneficia Catholicorum Ruthenorum communitas non semel, occasione data, gratum animum suum suamque addi ctissimam voluntatem: Romanis Pontificibus propalam significare voluit. Quod quidem peculiari modo anno MDCCCLXXXXV **evenit, cum tertium revolutüm est saeculum, postquam felix maiorum suorum cum Apostolica Sede coniunctio Romae est habita et in Brestensi urbe confirmata. Etenim, praeterquam quod in singulis Galieianae provinciae locis f austitas opportunis celebrationibus reculta est, amplissima etiam Romam missa fuit Metropolitae et Episcoporum Legatio, quae erga Antistitem sacrorum Maximum ac Successorem B. Petri Ruthenae Ecclesiae amorem panderet, atque observantiam, venerationem, obedientiam eidem profiter e tur. Quam amplissimam Legationem cum Decessor Noster p. rec. Leo XIII debitis honoribus coram admisisset, paterno eam gaudio paternaque benevolentia allocutus, Ruthenorum cum Apostolica Sede coniunctionem summis laudibus extulit, utpote quae esset iis omnibus, qui eam sincero retinerent animo, verae lucis, inconcussae pacis süpernorumque fructuum fons saluberrimas. :**

Neque nostra hac aetate minora fuere beneficia, quae Romani Pontifices carissimae huic genti contulere. Cum praesertim primum Europae omniumque fere Nationum bellum regiones illas pervastavit, itemque per insequentes annos, nihil iidem reliqui fecerunt, quod aliquid posset auxilii ac solacii Ruthenorum communitati impertire. Ac gravibus opitulante Deo superatis difficultatibus, quibus haec catholicorum communitas premebatur, eam cernere fuit suorum Episcoporum indt fatigabili studio ceterique cleri adiutrici operae actuoso volentique

animo respondere. At tamen alterum, proh dolor, accessit bellum, idque ut norunt omnes, Ruthenae hierarchiae eiusque fideli gregi multo quidem gravius multoque perniciosius. Sed antequam, Venerabiles Fratres, de praesentibus rerum asperitatibus atque angustiis breviter scribamus, quas haec Ecclesia summo cum suae ipsius vitae discrimine patitur, placet aliquid adiungere, ex quo satius illustriusque pateat quam magna, quam excelsa beneficia coniunctio illa, CCCL ante annos feliciter inita, Ruthenorum genti eorumque Ecclesiae pepererit.

II

Siquidem, postquam auspicatissimae huius coagmentatioiiis historiam summatim presseque attigimus, eiusque làetas interdum, interdum tristissimas vicissitudines vidimus, haec ;Nobis occurrit quaestio : quidnam Ruthenorum genti eorumque Ecclesiae eiusmodi coniunctio profuit? quaenam emolumenta utilitatesque iisdem ex Apostolica hac Sede Romanisque Pontificibus obvenere? Cui quidem quaestioni dum Nos, uti «par est, respondemus, rem videmur peropportunam perutilemque facere, cum praesertim Brestensis huius reconciliationis osores infitiatoresque acerrimi non desint..

Ac principio animadvertendum est nullo non tempore Decessores Nostros legitimis Ruthenorum ritibus tutandis adser^andisque summopere studuisse. Etenim cum eorum Antistites, per Episcopos Vladimiriensem et Luceoriensem Romam Ii ac de causa missos, a Romano Pontifice expeti vissent « ut Sanctitas Sua administrationem sacramentorum ritusque et caerimonias Orientalis Ecclesiae integre, inviolabiliter atque eo modo quo tempore unionis illis utebantur... conservare confirmareque, pro Se et Successoribus suis nihil in hac parte innovaturis inquam, dignaretur »,[7] Clemens VIII eorum precibus benigne astmuens, nihil prorsus hac in re immutandum praescripsit.

[7] Cf. A. THEINER, loo. cit., p. 237.

Ac ne novi quidem Gregoriani calendarii usus — quod, liturgico retento orientalis ritus calendario, Ruthenis quoque usurpandum esse initio videbatur — postea iisdem impositus est; quandoquidem Iulianum calendarium ad nostra usque tempora apud eos vigere potest.

Praeterea idem Decessor Noster, litteris die xxin mensis Februarii a. MDLXXXXVI **datis, concessit ut qui suffraganei Ruthenorum Episcopi rite nominati essent, eorum electio, quemadmodum in pacta reconciliatione propositum erat, ac secundum priscam Orientalis Ecclesiae disciplinam, a Metropolita confirmaretur. Aliique Decessores Nostri indulsere ut litterarum ludos ac scholas in quibusvis Russiae partibus Metropolitae condere, easque moderatoribus ac praeceptoribus sibi gratis libere committere liciteque possent; itemque decrevere ut Rutheni, ad spiritualium favorum largitionem quod attinet, inferiore, quam ceteri catholici, loco ne haberentur; atque adeo, sicut alii christifideles, omnium indulgentiarum munerum eos voluere participes esse ac fore, si modo necessariis praescriptis condicionibus ipsi quoque obtemperarent. Paulus vero V act eos omnes, qui litterarum disciplinarumque domicilia a Metropolitis constituta celebrarent, peculiares gratias illas pertinere voluit, quas alumnis e sodalitatibus B. M. V. in sacris aedibus Societatis Iesu constitutis, Romani Pontifices dilargiti essent; eos autem, qui Spiritualibus Exercitiis apud S. Basilii monachos vacarent, Urbanus VIII iisdem donavit indulgentiarum beneficiis, quae clericis regularibus concessa erant Societatis Iesu.**

Quibus ex rebus liquido patet nullo non tempore Decessores Nostros eadem prorsus paterna caritate Ruthenos prosecutos esse, ac ceteros latini ritus catholicos. Sed et eorum etiam hierarchiae iura ac privilegia defendere antiquissimum habuere. Nam, cum e Latinis non pauci Ruthenum ritum inferioris gradus dignitatisque esse asseverarent, cumque ex ipsis Latinis Episcopis nonnulli dictitarent Ruthenos sacrorum Antistites non integris frui Episcopalibus iuribus atque muneribus, sed

sibi esse subiectos, haec Apostolica Sedes iniustas eiusmodi opinationes ac sententias reiciens, decretum edidit die xxviii mensis Septembris a. MDCXXXXIII, **in quo haec, quae sequuntur, statuit: « Referente Eminentissimo D. Cardinali Pamphilio diversa decreta Congregationis particularis Ruthenorum unitorum, SS. probavit decretum eiusdem Congregationis particularis, diei** XIV **Augusti proxime praeteriti, quo decernitur Episcopos Ruthenos unitos esse Episcopos, et ut tales nominari et haberi debere. Probavit eiusdem Congregationis decretum, quo decernitur Episcopos Ruthenos posse in suis Episcopatibus erigere scholas pro instruenda in litteris humanis et scientiis eorum iuventute, et Ruthenos ecclesiasticos gaudere privilegiis canonis, fori, immunitatis, libertatis, quibus gaudent sacerdotes et Ecclesiae Latinae ».**[8]

Indefessa autem ac sollicita Romanorum Pontificum cura de Ruthenis ritibus adservandis tutandisque ex diuturnae illius potissimum quaestionis decursu eruitur, quae **ad eiusdem ritus mutationem pertinet. Etenim, quamvis peculiares propter rationes, ab eorum voluntate omnino alienas, per longissimum temporis spatium, districtum huius mutationis vetitum laicis imponere non potuerint, ex repetitis tamen non semel vetitum illud praescribendi tentaminibus, itemque ex adhortationibus, quas ad Episcopos sacerdotesque Latinos habuere, luculenter enitet quantopere haec-res Decessoribus Nostris cordi fuerit. In decreto ipso, quo Ruthenorum cum Apostolica Sede coniunctio anno** MDLXXXXV **feliciter statuta fuit, clara apertaque non ponitur interdictio ab Orientali ritu ad Latinum transeundi. Nihilominus quae iam tum Apostolicae Sedis mens fuerit, ex litteris manifestatur a Generali Praeposito Societatis Iesu anno** MDCVIII **datis, in quibus sodalibus scribit, in Polonia commorantibus, eos non posse, qui numquam Latino ritu fruiti fuerint, hunc eumdem ritum post initam reconciliationem suscipere, « cum praeceptum sit Ecclesiae et peculiariter in** litteris

[8] *Acta et decr. SS. Conciliorum rec,* **col. 600, nota 2.**

unionis 'factae sub Clemente VIII statutum,> ut unusquisque: permaneat in ritu suae Ecclesiae ».[9]

i Sedcum frequentiores usque querelae haberentur de nobilibus Ruthenis iuvenibus latinum ritum adipiscentibusv ^Sak; eram Consilium christiano nomini provehendo, per decretum di©: VII mensis Februarii a. MDCXXIV datum,' praecepit « ne de cetero Ruthenis, unitis, sive laicis, sive ecclesiasticis, tam saecularibus, quam regularibus^ et praesertim monachis S. Basilii Magni ad latinum ritum quacumque de causa, etiam urgentissima, sine speciali Sedis Apostolicae licentia transire liceat».'';

, Verumtamen, cum ne hoc decretum ad effectum omnino deduceretur Sigismundus III, Poloniae Rex, intercessisset — qui quidem hoc vetitum ad ecclesiasticos solummodo viros pertinere volebat — Decessor Noster fel. rec. Urbanus VIII amplissimo huic catholicae unitatis fautori non annuere non potuit. Quapropter, quod peculiaribus ex causis lege iniunctum non fuit, hoc Apostolica Sedes assequi praeceptis monitionibusque enisa est; idque non uno nomine comprobatur.

Siquidem iam in decreti prooemio, die VII mensis Iulii a. MDCXXIV dati; quo haec latini ritus adeptio sacrorum tantummodo administris interdicebatur, statutum est Latinae Ecclesiae sacerdotes esse monendos, ne in sacris excipiendis confessionibus christifideles e laicorum ordine excitarent ad eamdem assequendam adeptionem.^ Ac saepenumero id genus monita iterata sunt, quae Apostolici in Polonia'Nuntii ex Summorum Pontificum mandato viribus omnibus contendermi t ut optatum haberent exitum. Quod autem ne posterioribus quidem temporibus Apostolicae Sedis mens ac sententia hac in re mutata sit, ex litteris etiam patet a Decessore Nostro Benedicto XIV ad Episcopos Leopoliensem et Premisliensem anno MDCCLI datis, in quibus inter alia haec habentur: « Vestrae ad Nos delatae>• sunt litterae, scriptae xvn Iulii, in quibus merito conquerimini de transitu Ruthenorum a ritu Graeco ad ritum Latinum, ubi,

*** Loc. cit., col. 602**

Loc. cit., col. 603.

bène nostis, Venerabiles Fratres, quod Nostri Praedecessores transitus hos abhorruerunt, et Nos ipsi abhorremus, utpote qui non destructionem, sed conservationem ritus Graeci summopere desideramus ».[11] Ac praeterea idem Pontifex pollicitus est se repagüla omnia hac in causa remoturum esse, ac tandem sollemni decreto eiusmodi transitum esse prohibiturum. Cuius tamen votis ac pollicitationibus ut iam tunc optatus responderet exitus, adversae rerum temporumque condiciones non perniisere.

Sed tandem, postquam Romani Pontifices Clemens XIV et Pius VII decreverunt Rutheni ritus catholicos, qui in Russiarum regionibus degerent, ad Latinum ritum se convertere non posse, in conventione illa, quae *Concordia* **dicitur, inter Latinos Ruthenosque Episcopos anno** MDCCCLXIII, **auspice Sacro Consilio rei christianae provehendae inita, eiusmodi vetitum ad Ruthenos omnes pertinere statutum est.**

Ex iis, quae adhuc, Venerabiles Fratres, ad historiae fidem capitulatim breviterque scribendo persecuti sumus, facile eruitur quantopere Apostolica haec Sedes integrae Rutheni ritus conservationi in vigila verit, sive ad universam communitatem, sive ad singulos quod attinet; nemo tamen mirabitur si eadem — praecipuis ritibus illis, qui ad rei essentiam pertineant, sartis semper tectisque manentibus — ob peculiaria rerum temporumque adiuncta, minores quasdam immutationes permiserit, vel ad tempus probaverit. Ita, verbi gratia, in liturgicis ritibus nullas fieri mutationes concessit, ex iis etiam quae sensim inductae essent, nisi paucas eas, quae in Zamoscena Synodo a Ruthenis ipsis Episcopis decretae fuissent.

Verumtamen, cum vaferrimi nonnulli schismatis fautores, specie quidem ut germanam sui ritus integritatem tuerentur, re vera autem ut facilius indocta plebs, a catholica fide desciscceret, antiquos usus, iam partim obsoletos, iterum inducere privata auctoritate conarentùr, Romani Pontifices, pro officii sui conscientia, callidis eorum tectisque artibus aperte

[11] **Loc. cit., col. 606.**

denuntiatas, pravis hisce conatibus obstitere, et « inconsulta Sede Apostolica, in sacrae liturgiae ritibus nihil esse innovandum etiam nomine instaurandi caerimonias, quae liturgiis ab eadem Sede probatis magis conformes esse viderentur, nisi ex gravissimis causis et accedente Sedis Apostolicae auctoritate », decreverunt.[12]

Ceterum tantum abest ut Apostolicae Sedi mens fuerit huius ritus integritati conservationique officere, ut potius Ruthenae Ecclesiae auctor fuerit ad antiquitus tradita in liturgicis rebus monumenta religiosissime colenda. Praeclara studiosae huius erga Ruthenum ritum benevolentiae significatio in nova habetur sacrorum librorum editione Romana, Pontificatu Nostro inchoata, atque ex parte iam feliciter peracta, qua Apostolica Sedes, Ruthenorum Antistitum votis libentissime concedens, liturgicos eorum ritus ad avitas venerandasque eorum memorias restituere enisa est.

Iam alterum, Venerabiles Fratres, menti Nostrae occurrit beneficium, quod Ruthenorum communitati ex hac cum Apostolica Sede copulatione ortum profecto est. Per eiusmodi nempe coagmentationem nobilissima haec gens Catholicae Ecclesiae conserta est, cuius proinde vitam vivit, cuius veritate collustratur, cuius gratiae fit particeps. Hinc supernae scatebrae rivuli proficiscuntur, qui ita omnia pervadunt ac permeant, ut pulcherrimi educi queant virtutum omnium flores, atque uberes gigni saluberrimique fructus.

Etenim, dum ante factum ad unitatem reditum ipsi dissidentes fratres conquesti sunt religionem sanctam in regionibus illis fuisse depopulatam, simoniae vitium in deligendis Episcopis ceterisque sacrorum administris usque quaque grassari, ecclesiastica esse bona dissipata, corruptos monachorum mores, coenobiorum disciplinam collapsam ac christifidelium etiam cum Antistitibus suis obedientiae vincula cotidie magis

[12] Cf. Pius IX, Litt. *Omnem sollicitudinem,* d. d. xin Maii a. MDCCCLXXIV, citane Gregorium XVI *Inter gravissimus,* PII IX *Acta,* VI, 317.

infirmata esse et in discrimen adducta; contra, post adeptam unitatem, aspirante iuvanteque Deo, res in melius pedetemptim commutatae sunt. Sed quanta animi firmitate ac constantia Episcopis opus fuit, primis praesertim temporibus ob omne genus perturbationes insectationesque agitatissimis, ut ecclesiasticam ubique restauraren t disciplinam! Quanta operae adsiduitate laborümque patientia iisdem utendum fuit, ut clerum optimis moribus conformatimi excitarent, ut créditos sibi greges rerum acerbi ta tibu s vexatos consolaren tur, ut eos denique, quorum anceps nutabat fides, sustentarent, omnique roborarent ope ! Attamen contra omnem humanam spem effectum feliciter est, ut non modo eiusmodi auspicata unitas adversas omnes procellas eluctaretür victrix, sed ex triumphato certa mine vividior etiam ac fortior emergeret. Àc non ense et verberibus, non pollicitationibus vel minis, sed eximio religiosae vitae exemplo ac quasi praeclara quadam divinae gratiae manifestatione, catholici nominis Rutheni Leopoliensem et Premisliensem dissidentes Eparchias ad unum tandem ingrediendum ovile perduxerunt.

Restituta demum tranquillitate ac pace, floridus Ruthenae Ecclesiae status, saeculo praesertim xvin, extrinsecus etiam enituit. Cuius quidem rei testes sunt cum princeps Leopoliensis urbis templum, S. Georgio dicatum, tum sacrae aedes ac coenobia, quae Poczaioviae, Torocanii, Zyrovicii atque alibi excitata sunt, insignia quidem huius temporis monumenta.

Heic autem operae pretium esse videtur aliquid de Basilianis monachis summatim attingere, qui, impensa studiosaque opera sua, tam praeclare, tam optime hac de re universa meriti sunt. Postquam eorum coenobia, auctore Velammo Rütskyj, ad meliorem sanctioremque formam redintegrata et in Congregationem redacta fuere, inibi sodales bene multi pietate, doctrina et apostolico studio ita in exemplum floruerunt, ut religiosae vitae duces ac magistri christiano populo evaderent. In litterarum ludis ac scholis, ab se apertis, iuvenibus, saepenumero ingenio praestantibus, non modo egregiam humanarum

divinarumque disciplinarum institutionem impertierunt, sed solidam etiam virtutem suam ita cum illis communicarunt, ut ceteris iidem nullo modo cederent, qui in latinis scholis instituerentur. Quod profecto vel dissidentibus fratribus compertum manifestumque erat, quandoquidem non pauci ex eis, domo ac patria relicta, ad haec doctrinarum domicilia libentissime se contulerunt, ut tam suavium fructuum participes et ipsi fierent.

Nec minora beneficia recentioribus temporibus Ruthenorum communitas ex sua accepit cum Apostolica Sede coniunctione. Quod quidem omnibus facile patet, si modo Galicianáe Ecclesiae statum considerant, prouti ante immanis huius belli ruinas vastationesque erat. In hac nempe provincia christifideles ad XXXVI **fere centena milia erant, sacerdotes ad** MMCCLXXV, **ac curiales aedes, seu paroeciae, ad** MMCCXXVI. AC **praeterea extra Galicianam provinciam, ex eademque orti, atque in variis orbis partibus — in America praesertim — plurimi catholici nominis Rutheni commorabantur, qui ad iv vel v centena milia censeri queunt. Huic autem praestanti christifidelium numero, qui numquam forte per temporum decursum maior fuerat, praestans item in singulis Eparchiis respondebat virtutis, pietatis, christianaeque vitae studium. In eparchialibus seminariis alumni rite diligenterque instituti ad sacra praeparabantur ea pessenda munia ; ac christifideles, divinum cultum ad sui ritus normas summo cum amore venerationeque participantes, laetos edebant uberesque religionis fructus.**

Dum felicem hunc Ruthenae Ecclesiae statum strictim presseque attingendo memoramus, haud possumus silentio praeterire insignem illum Metropolitam Andream Szeptyckyj, qui per novem fere lustra indefatigatos, navitate allaborans, non uno nomine, neque ad spirituale tantummodo emolumentum quod attinet, sibi credito gregi optime se probavit. Cuius per episcopalis muneris cursum Theologica Societas condita fuit, quae clerum ad impensius sacrae doctrinae studium profect unique instimularet ; Ecclesiastica fuit Academia Leopoli excitata,

in qua Rutheni iuvenes, ingenio praestantiores, philosophicis, theologicis, ceterisque altioribus disciplinis — ea quidem ratione, qua studiorum Universitates hisce in rebus uti solent— opportune vacare possent; scriptiones omne genus sive per libros, sive per ephemeridas et commentarios typis editos, magnum susceperunt incrementum, et apud exteras etiam gentes floruere laude ; ac praeterea sacrae fuerunt artes secundum avitas huius gentis memorias eiusque peculiare ingenium excultae; muséum aliaque bonarum artium domicilia praeclaris antiquitatis monumentis fuere instructa; et instituta denique non pauca inita sunt ac provecta, quibus tenuiorum civium ordinum necessitatibus ac pauperum inopiae subveniretur.

Neque singularia ea promerita silere possumus, quae Deo devotae cum virorum, tum mulierum sodalitates hac in re, haud mediocri cum salutari emolumento, consecutae sunt. Ac primum quidem Basilianoru m monachorum ac sanctimonialium coenobia commemorare libet, quae, quamvis Iosephi II Austriae Imperatoris tempore, civilem potestatem in res suas non sine iniuria nec sine detrimento invadentem tolérassent, postea tamen, anno nempe MDCCCLXXXII **et insequentibus, reformatione illa* quani Dobromiliensem vocant, ad suum tandem fuere restituta decus; et cum umbratilis vitae amore supernoque afflatu, qui ex S. Conditoris normis exemplisque hauritur, incensum iungunt apostolatus studium. Ad quae vetera monasticae vitae coenobia novae accessere pari cum laude religiosae virorum mulierumque sodalitates : ut Studitarum Ordo, cuius monachi caelestium rerum contemplationi imprimis vacant, ac Sanctae paenitentiae operibus; ut Religiosa Rutheni ritus Congregatio a Ssmo Redemptore, cuius sodales summo cum fructu salutari tum in Galicia, tum in Canadensi regione laborant.; ut plurimae denique religiosarum mulierum instituta, quorum est puella: rum institutionem provehere aegrotorumque curam suscipere, quaeque vel Ancillae a B. V. M. Immaculata, vel Myrophorae, vel Sorores a S. Iosepho, a S. losaphato, a Sacra Familia, a** S. **Vincentio a Paulo nuncupantur.**

Placet praeterea hoc loco Pontificii illius Collegii mentionem facere, S. Iosaphato dicati, quod Decessor Noster fel. rec. Pius XI in Ianiculensi colle excitavit munificenterque instruxit. Postquam per saecula non pauca selecti iuvenes nonnulli in Pontificio Graecorum Collegio ad sacerdotalia suscipienda munera instituebantur, alius Decessor Noster, imm. mem. Leo XIII, anno MDCCCLXXXXVII, **proprium iis adolescentibus, qui ex Ruthenorum gente ad sacerdotium divino quodam instinctu vocarentur, Collegium Romae constituit. Sed cum succrescens alumnorum numero hoc aedificium impar iam evasisset, proximus Decessor Noster, pro peculiari sua erga Ruthenorum populum caritate, novam amplioremque sedem, ut diximus, aedificavit, in qua sacerdotii candidati, ad sacras doctrinas peculiaresque sui ritus disciplinas instituti ac conformati, in venerationem, observantiam, amorem erga Iesu Christi Vicarium et in Ruthenae Ecclesiae spem feliciter adolescerent.**

Aliud, Venerabiles Fratres, nec minoris gravitatis emolumentum ornamentunique suscepit Ruthenorum communitas ex sua cum Apostolica Sede copülatione, cum melita confessorum martyrumque cohorte honestata est, qui ob catholicam fidem incolumem servandam et ob studiosam suam retinendam erga Romanos Pontifices fidelitatem, omne genus laborum aerumnarumque exantlare ac vel ipsam laeti oppetere mortem non dubitarunt, secundum illam Divini Redemptoris sententiam : << Beati eritis, cum vos oderint homines et cum separaverint vos et exprobraverint et eiecerint nomen vestrum tamquam malum propter Filium hominis. Gaudete in illa die et exsultate ; ecce enim merces vestra multa est in caelo ».[13]

Quorum ex numero primus menti Nostrae occurrit sanctissimus ille Pontifex Iosaphatus Kuncevitius, cuius invictae fortitudinis laudes iam supra attigimus, quique a perditissimis catholici nominis osoribus conquisitus ad necem, sponte se carnificibus obtulit, ac se quasi victimam praebuit ut dissidentium

" **Lua,** VI, 22, 23

fratrum reditus quam primum conciliaretur. Praecipuus ille quidem eo tempore fuit, sed non unus, catholicae fidei unitatisque martyr; nam eum non pauci ad eiusdem victoriae palmam secuti sunt cum ex sacro, tum ex laicorum ordine qui vel ferro necati, vel flagellis ad obitum usque atrociter contusi, vel in Danapro flumine aqua submersi, ex triumphata morte ad super os evolarunt.

Ac non multos post annos, medio nempe xvii saeculo, cum Cosaci, contra Polonorum rem publicam aperte arma cepissent, eorum, qui religiosam unitatem aversabantur, odium etiam atque etiam invaluit vehementiusque efferbuit; quandoquidem iisdem persuasum erat ex invecta eiusmodi unitate, veluti ex primo fonte, omnia quae incidissent, mala calamitatesque profecta esse ; atque adeo eam omni ope omnique ratione profligare ac delere sibi proposuerant. Hinc paene innumera orta sunt catholicae Ruthenorum Ecclesiae detrimenta: plures fuere sacrae aedes profanatae, expilatae, dirutae, earumque supellectiles ac fortunae eversae: sacrorum administri non pauci plurimique christifideles diris verberibus caesi, gravibus excruciati tormentis, crudelissimaque sublati nece; ac vel ipsi Antistites suis bonis despoliati ex suaque deturbati honoris sede, fugam arripere coacti sunt. Attamen iidem, hac etiam saeviente tempestate, animo non cecidere, neque sibi creditum gregem, quantum in facultate fuit, incustoditum atque indefensum reliquere; quin immo, in mediis ipsis rerum angustiis, universam Russiarum Ecclesiam una cum Alexio Imperatore ad unitatem ovilis perducere precando, contendendo, allaboi'andoque enisi sunt.

Paucis praeterea ante annis, quam Poloniae res publica discerperetur, nova, nec minus acerba, catholici nominis insectatio inita est. Quo tempore nempe Russorum Imperatricis milites in Poloniam invaserant, plurimae Rutheni ritus sacrae aedes catholicis vi et armis ablatae sunt; ac sacerdotes, qui suam eiurare fidem récusassent, compediti, conculcati, plagis confecti et in carcerem detrusi, fame, siti, frigore atrociter vexati sunt.

Quibus quidem haud illi in constantia animique fortitudine eessere sacrorum administri, qui circa annum MDCCCXXXIX **suorum bonorum ipsiusque libertatis iacturam potius fecerunt, quam suae religionis officia desererent. Horum in numero peculiari modo sacerdotem illum memorare libet Iosephum Ancevskyj, qui per annos xxxii in coenobio Suzdaliensi dura in custodia detentus, anno** MDCCCLXXVII **eximiae suae virtutis praemium morte pientissima assecutus est. Itemque sacerdotes** CLX**, qui, cum catholicam fidem aperte profiteren tur, a suis in miseria relictis familiis distracti et in interiores Russiarum regiones translati inque coenobia inclusi, fame aliisque vexationibus a proposito suo sanctissimo abigi non potüere.**

Nec minore animi fortitudine praestitere non pauci e Chelmensi Eparchia, qui ex sacro, ex laicorumque ordine, catholicae fidei insectatoribus virtute invicta obstiterunt. Ita, exempli gratia, Pratolinensis vici coloni, cum milites ad sacram aedem occupandam schismaticisque tradendam accederent, non vi vim reverberarunt, sed inermibus suis confertis corporibus, vivum veluti murum aggredientibus obiecerunt; atque adeo alii vulnerati sunt dirisque saevitiis affecti, alii per annos plurimos in carcere detenti, vel in gelida Siberiae loca , deportati, alii denique telis confossi suum fu der e sanguinem pro Christo. Ex quibus qui catholicam fidem sua morte obsignarunt, eorum causa in sua Eparchia iam instituta est; qua ex re spes affulget fore ut aliquando liceat eos in Beatorum Caelitum ordinem adsciscere. Haec autem iniqua facinora, proh dolor, non uno in loco, sed pluribus in urbibus, in oppidis, in pagis perpetrata fuere; ac postquam sacra omnia catholicorum templa schismatis assectatoribus permissa sunt, postquam omnes sacri ordinis administri, e suis sedibus deiecti, demandatum sibi gregem incustoditum relinquere coacti sunt, tum christifideles in dissidentis Ecclesiae album, nulla eorum vokmv tatis ratione habita, adscripti sunt. Qui tamen, quamvis suis orbati pastoribus, suaeque religionis muneribus et auxiliis expertes essent, suam tamen fidem mordicus retinere contende-

runt; atque adeo, cum postea Societatis Iesu sodales, clam ac permutata veste, non sine gravi vitae discrimine eos idcirco adivissent, ut divina praecepta, hortamenta, solacia iisdem impartirent, summa eos cum laetitia ac pietate exceperunt.

Cum vero anno MDCCCCV **fuisset cuiusvis profitendae religionis libertas aliquatenus concessa, tum in Ruthenorum regionibus* mirum quoddam laetumque spectaculum cernere fuit: catholici paene innumeri ex suis latebris in solem et pulveren! processere, ac conferto agmine, elato crucis vexillo, sacrisque imaginibus propalam ad venerationem propositis, cum proprii orientalis ritus sacerdotes non haberentur, ad latini ritus templa — quorum aditus antea eis erat paenis gravissimis interdictus — gratas Deo concinentes laudes se contulerunt, ibique a legitimis Ecclesiae administris effiagitarunt ut, patefactis ianuis, eos eorumque fidei professionem reciperent, itemque eorum nomina in catholicorum album relata recenserentur. Atque ita factum est, ut brevi tempore ad duo centena milia christifideles rite in Ecclesiam reciperentur.**

Attamen, neque recentioribus hisce annis causa defuit, cur Episcopi, sacerdotes fidelesque greges eorum animi fortitudinem atque constantiam demonstrarent in catholica retinenda fide, tuenda Ecclesia, eiusque sacra defendenda libertate. Quorum ex numero placet heic peculiari honoris titulo recolere Metropolitam Andream Szeptyckyj, qui, primo saeviente Europae bello, cum Galicia fuisset a Russorum exercitibüs occupata,"è sua sedé detrusus et in coenobium deportatus, ibi certo saltem tempore in custodiae loco detentus est; ibique nihil magis optabat, quam ut impensissimam suam erga Apostolicam Sedem venerationem testaretur, ac pro suo grege, cuius in salutem iam diu suas vires suasque curas impenderat, martyrium etiam, si opus esset, divina suffultus gratia, libenter faceret.

III

Iam vidimus, Venerabiles Fratres, ex rerum gestis ad historiae fidem breviter per has Litteras relatis, quot quanta emolumenta ac bona Ruthenae genti obvenerint ex sua cum catholica Ecclesia coniunctione. Nec mirum sane: nam, si in Christo « complacuit omnem plenitudinem inhabitare »,[14] hac eadem plenitudine is profecto frui nequit, qui ab Ecclesia, « quae est corpus ipsius »[15] seiunctus sit, quia, ut Decessor Noster vén. mem. Pelagius II asseverat: « quicumque in pace et unitate Ecclesiae non fuerit, Deum habere non poterit».[16] Ac vidimus etiam dilectum hunc Ruthenorum populum multas debuisse, ut suam pro viribus defenderet catholicam unitatem, rerum angustias, iactüras vexationesque tolerare, e quibus tamen providentissimus Deus, non semel restituta pace, eum feliciter liberavit.

In praesens autem, summo cum paterni animi angore cernimus novam, acerrimamque huic Ecclesiae impendere procellam. Nuntii, qui ad aures Nostras perferuntur, etsi pauci, satis tamen habent cur sollicitudine Nos afficiant, anxitudine repleant. Anniversarius volvitur dies, quo, CCCL abhinc annis antiquissima haec christianorum communitas supremo Pastori suo Beatique Petri Successori laetis auspiciis coagmentata est; at hic idem dies factus est Nobis «. dies tribulationis et angustiae, dies calamitatis et miseriae, dies tenebrarum et caliginis. dies nebulae et turbinis ».[17]

Magno enim cum maerore accepimus illis in regionibus, quae nuper Russiarum dicioni attributae sunt, carissimos Nobis e Ruthenorum gente fratres ac filios propter suam erga Sedem Apostolicam fidelitatem gravibus anici angustiis; neque deesse

[14] *Col,* I, 19.
[15] *Eph.,* I, 23.
[16] Epist, ad Episcopos Istriae, *Acta Conc, Oecum.,* IV, II, 107.
[17] SOPH., I, 15.

qui omni ope allaborant, ut eos ab Ecclesiae Matris gremio abstrahant, et ad dissidentium ineundam societatem invitos ac contra sanctissimi officii conscientiam adducant. Ita Rutheni ritus clerus, ut affertur, in litteris ad rei publicae moderatores datis, conquestus est quod sua Ecclesia in Ucraina occidentali, ut hodie vocatur, in difficillimis rerum condicionibus posita sit, propterea quod omnes Episcopi atque ex suis sacerdotibus multi comprehensi sint, unaque simul prohibitum sit ne quis eiusdem Ruthenae Ecclesiae regimen suscipiat.

Haud sane ignoramus, Venerabiles Fratres, eiusmodi asperitates acerbitatesque politicis ex causis, specie quidem, profoari. Quae tamen agendi ratio non nova est, neque hodie primum usurpata : pluries enim per saeculorum decursum Ecclesiae inimici, cum palam confiteri non essent ausi catholicam se religionem hostiliter habere eamque aperte divexare, callide vaferrimeque catholicos idcirco insimularunt, quasi contra rem publicam aliquid molirentur; eodem quippe modo, quo olim ludaei Divinum ipsum Redemptorem coram Praeside Romano criminati sunt dicentes : « Hunc invenimus subvertentem gentem nostram, et prohibentem tributa dare Caesari ».[14] Sed res ipsae atque eventus facile declarant in suaque luce ponunt quaenam fuerit ac sit harum saevitiarum causa. Quis enim ignorat AÍexium Patriarcham, nuper a dissidentibus Rüssiarum Episcopis delectum, in litteris Ruthenae Ecclesiae datis —— quae non parum ad eiusmodi insectationem ineundam contulere — defectionem ab Ecclesia catholica aperte efferre ac praedicare?

Hae autem acerbitates eo vel acrius Nos feriunt, Venerabiles Fratres, quod universae fere terrarum orbis Nationes cum per legatos suos in unum convenissent, dum immane adhuc saeviebat bellum, hoc in sollemni coetu inter alia edixere adversus religionem numquam fore insectationem suscipiendam. Quod quidem spem Nobis iniecerat pacem debitamque libertatem catholicae quoque Ecclesiae ubique concessum iri, eo vel

[14] **Luc., XXIII,** 2.

magis quod eadem perpetuo docuit ac docet civili auctoritati, legitime constitutae, quae in suae dicionis ordine ac terminis praecipiat, semper esse ex officii conscientia, obtemperandum. At eventus, proh dolor, quos supra scribendo attigimus, spem ac fiduciam hanc Nostram tam graviter, tam amare — ad Ruthenorum regiones quod attinet — infirmarunt ac paene praet . ciderunt.

Hisce igitur gravissimis calamitatibus cum humanae opes impares videantur, nihil aliud superest, Venerabiles Fratres, nisi ut misericordissimum Deum, qui « faciet... iudicium inopia et vindictam pauperum »,[19] enixe imploremus, ut velit ipse benignus asperrimam eiusmodi tempestatem sedare eique tandem finem imponere. Sed vos ac creditum vobis gregem etiam atque etiam adhortamur, ut una Nobiscum, supplicibus adhibitis precibus piisque paenitentiae operibus, ab eo contendatis, cuius superna luce hominum mentes collustratur supernoque nutu eorum nectuntur voluntates, ut pareat populo suo et ne det hereditatem suam in opprobrium,[20] utque quam primum Ruthenorum Ecclesia ex hoc detrimentoso discrimine libera emergat.

At peculiari modo hisce in afflictis trepidisque rebus paternus animus Noster ad eos convertitur, qui iisdem tam acriter, tam acerbe premuntur. Ad vos imprimis, Venerabiles Fratres, Ruthenae gentis Episcopi, qui, quamvis magnis asperitatibus excruciati sitis, magis tamen ob vestrorum gregum salutem, quam ob iniurias ac mala vobis illata, gravati ac solliciti estis, secundum illud : « Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis ».[21] Etsi praesentia obscura sunt, ac futura incerta et anxitudinum plena, ne tamen deficiatis animo, sed « spectaculum facti... mundo et angelis et hominibus »[22] ita eniteatis, ut patientiam virtutemquë vestram christifideles omnes in exemplum

[19] *Ps. C XX XI X, 1$.*

[20] Cf. IOEL., II, 17.

[21] Io., X, 11,

[22] *I Cor.*, IV, 9.

intueantur. Hostilem eiusmodi insectationem fortiter constanterque ferentes ac divina in Ecclesiam caritate flagrantes, facti estis « Christi bonus odor... Deo in iis, qui salvi fiunt, et in iis, qui pereunt ».[23] Quodsi, cum in vinculis sitis a vestrisque filiis seiuncti, sanctae religionis praecepta iisdem impertiendi facultas vobis non datur, ipsa tamen vincula vestra plenius altiusque Christum nuntiant ac praedicant.

Vos dein paterne alloquimur, dilecti filii, qui sacerdotio insigniti, Christi, « qui passus est pro nobis »[24] propius vestigia sequi, atque adeo prae ceteris certaminis impetum ferre ac sustinere debetis. Dum calamitates vestrae tam vehementer Nos afficiunt, laetamur tamen quod Nobis licet, Divini Redemptoris verba mutuantibus, ita plerosque ex vobis affari: « Novi opera tua et fidem et caritatem tuam et ministerium et patientiam et opera tua novissima plura prioribus ».[25] Pergite, hortamur, luctuosis hisce temporibus firmi constantesque perstare In fide vestra; pergite sustinere debiles, vacillantesqué fulcire. Monete, quatenus opus est, commissos vobis christifideles haudquaquam licere, ne extrinsecus quidem vel ore tenus, Christum suamque Ecclesiam negare vel deserere; ac callidas eorum artes detegite, qui hominibus terrena commoda auctioremque in praesenti vita felicitatem pollicentur, dum eorum animos perdunt Exhíbete vosmet ipsos « sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis... in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in spiritu sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute t)ei, per arma iustitiae a dextris et a sinistris ».[26]

Vos denique alloquimur Ruthenae Ecclesiae catholicos universos, quorum dolores rerumque angustias paterno participamus animo. Haud ignoramus gravissimas fidei vestrae parari insidias. Quin immo timendum esse videtur, ne forte proximis

[23] */ Petr.* II, **21.**
[24] **Cf.** *I Cor.* IV, **1,**
[25] *Apoc,* II, **19.**
[26] 17 *Cor.,* VI, 4 **ss.**

temporibus aerumnae vel maiores iis superveniant, qui sacrosanctum religionis officium prodere non consentiant. Quapropter Iam nunc, dilectissimi filii, vos enixe in Domino adhortamur, ut nullis comminationibus nullisque detrimentis perterriti, ac ne exsilii quidem periculo ipsiusque vitae discrimine permoti, fidem vestram vestramque erga Ecclesiam Matrem fidelitatem eiuretis numquam. Etenim, ut probe nostis, de thesauro agitur in agro abscondito, quem qui invenerit homo, « abscondit, et prae gaudio illius vadit et vendit universa, quae habet, et emit agrum illum ».[27] Ac recordemini quid Divinus ipse Redemptor in Evangelio dixerit : « Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus ; et qui amat filium **aut filiam super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam et sequitur me, non est me dignus. Qui invenit animam suam, perdet illam; et qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam ».[2]* Cui quidem divinae sententiae illud adicere placet Apostoli gentium: « Fidelis sermo: nam si commortui sumus, et convivemus; si sustinebimus, et conregnabimus; si negaverimus, et ille negabit nos; si non credimus, ille fidelis permanet, negare se ipsum non potest».[29]**

Paternam hanc adhortationem Nostram, dilecti filii, nullo Nos aptiore modo confirmare ac concludere posse putamus, nisi hisce eiusdem Apostoli gentium admonitionibus: «Vigilate, state in fide, viriliter agite, et eonfortamini ».[30] « Obedite praepositis vestris »[31] Episcopis et sacerdotibus cum ad salutem vestram ac secundum Ecclesiae praescripta vobis praecipiunt; iis omnibus, qui fidei vestrae quovis modo insidiantur, strenui resistite, « solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae ».[3a] Atque in mediis maeroribus angoribus-

[37] MATTH., XIII, 44.
[38] MATTH., X, 37 ss.
[39] *II Tim.*, II, 11 ss
[30] */ Cor.*, XVI, 13.
[31] *Hebr.*, XIII, 17
[32] *Ephes.*, IV, 34

que omne genus, mementote « quod non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis ».[33] **« Fidelis autem Deus est, qui confirmabit vos, et custodiet a malo ».**[34]

Futurum autem omnino confisi, ut hortationibus hisce Nostris, divina adspirante iuv an teque gratia, fortes volentesque respondeatis, meliora vobis ac tranqüilliora tempora a misericordiarum Patre Deoque totius consolationis[35] **ominamur, supplicesque precamur.**

Caelestium interea munerum auspicem, Nostraeque benevolentiae testem, cum vobis singulis, Venerabiles Fratres, vestrisque gregibus, tum peculiarissimo modo Ruthenae Ecclesiae Episcopis, sacerdotibus universisque christifidelibus, Apostolicam Benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxm mensis Decembris, anno MDCCCCXXXXV, **Pontificatus Nostri septimo.**

PIUS **PP.** XII

[33] ***Rom.,*** VIII, **18.**
»« 17 ***Thess.,*** III, 3.
[34] **Cf.** ***II Cor.,*** I, 3.

An. et vol. XXXVm é Februarii 1946 (Ser.H,v.XHI)-Num.3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE SEDE APOSTOLICA VACANTE ET DE ROMANI PONTIFICIS ELECTIONE

PIUS PISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Vacantis Apostolicae Sedis disciplinam Romamque Pontificis electionem quae respicere viderentur disponere ac praescribere, iugiter, saeculorum decursu, Praedecessores Nostri sollemne habuerunt, ac proinde vigilanti cura incumbere et salubribus normis consulere sategerunt pergravi negotio Ecclesiae divinitus commisso, eligendi videlicet beati Petri Apostolorum Principis Successorem, qui hisce in terris Iesu Christi Domini Nostri et Salvatoris vices gerat universumque dominicum gregem supremus Pastor et Caput pascat et regat.

Cum autem hae de Romano Pontifice eligendo leges, procedentibus temporibus numero auctae, iam in unum collectae desiderarentur, cumque nonnullae, ob rerum vicissitudines, pecu-

liaribus adiunctis minus accommodatae evasissent, Pius X v. m. Decessor Noster, quadraginta abhinc annis, sapienti consilio eas, opportune selectas, in summam redigere decrevit, celeberrima edita Constitutione *Vacante Sede Apostolica,* **die vigesima quinta Decembris anni millesimi nongentesimi quarti.**

Interea vero Pius XI rec. mem. nonnulla huiusmodi Constitutionis capita iam immutanda esse censuit quemadmodum rerum temporumque ratio postulare videbatur; itemque Nos Ipsi animo reputavimus alia quoque, eadem de causa, esse reformanda.

Quapropter, re mature perpensa, certa scientia et de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, hanc Constitutionem, quae eadem est ac illa a Pio X s. m. data, sed passim reformata, edere et promulgare statuimus, « qua — ut verbis utamur eiusdem Praedecessoris Nostri — Sacrum Cardinalium Collegium, Romana Petri Sede vacante, ac in Romano Pontifice eligendo unice utatur », abrogata idcirco Constitutione *Vacante Sede Apostolica,* **prout a Pio X Decessore Nostro fuerat lata.**

Praesentis vero Nostrae Constitutionis capita haec quae sequuntur habeantur:

TITULUS I

DE SEDE APOSTOLICA VACANTE

CAPUT *I*

DE POTESTATE S. COLLEGII CARDINALIUM, SEDE APOSTOLICA Tacante

1. Sedis Apostolicae vacatione durante, Sacrum Collegium Cardinalium in iis, quae ad Pontificem Maximum dum viveret pertinebant, nullam omnino potestatem aut iurisdictionem habeat, neque gratiam, neque iustitiam faciendi, aut factam per Pontificem mortuum executioni demandandi; sed ea omnia futuro Pontifici reservare teneatur.[1] Itaque irritum et inane esse decernimus quidquid potestatis aut iurisdictionis ad Romanum, dum vivit, Pontificem pertinentis (nisi quatenus in hac Nostra Constitutione expresse permittatur) coetus ipse Cardinalium duxerit (eadem vacante Ecclesia) exercendum.[2]

2. Item praecipimus, ne S. Cardinalium Collegium de iuribus Sedis Apostolicae Bomanaeque Ecclesiae quomodolibet disponere valeat, neque in quopiam iuribus eiusdem sive directe detrahere attentet, sive indirecte per conni ven tiae speciem, seu per dissimula tionem facinorum adversus eadem iura, etiam post obitum Pontificis seu vacationis tempore, perpetratorum, attentare videatur; immo volumus ut omnium virium contentione eadem custodire et defendere debeat.[8]

3. Leges a Romanis Pontificibus latae, per coetum Cardinalium Romanae Ecclesiae, ipsa vacante, corrigi, vel immutari nullo modo possunt, nec quicquam eis detrahi sive addi, vel dispensari quomodolibet circa ipsas seu aliquam earum partem. Quod potissimum valet de Constitutionibus pontificiis, ad ordinandum negotium electionis Ro~

[1] **Pii IV Const. *In eligendis,* TU Idus Oct. 1562, § 6; Clem. XII Const. *Apostolatus officium,* iv Non. Oct. 1732, § 6.**

[2] **Clem. V in Conc. Viennensi, cap. 2, *2fe Romani* in pr. *de elect.,* I, 3 in Clem.**

[3] **Leonis XIII Const. *Praedecessores ii ostri,* 24 Maii 1882.**

mani Pontificis latis.[1] **Immo si quid contra hoc praescriptum fieri vel attentari forte contigerit, ipsum Suprema Nostra auctoritate nullum et irritum declaramus.**

4. Si quae tamen dubia exoriantur circa sensum praescriptionum, quae hac Nostra Constitutione continentur, vel etiam circa rationem, iuxta quam ad usum ea traduci debeat, sive super quovis alio Nostrae huius Constitutionis capite, edicimus ac decernimus unice penes Sacrum Cardinalium Collegium potestatem esse super his ferendi sententiam; quam in rem eidem S. Cardinalium Collegio plenam tribuimus facultatem, qua hanc Nostram Constitutionem interpretari ac dubia declarare valeant. Qua quidem in re, quemadmodum in reliquis, de quibus ad Nostrae huius Constitutionis tramites, excepto ipso electionis actu, deliberari contingat, satis omnino erit si maior congregatorum Cardinalium pars in eamdem sententiam consentiat.[2]

5. Pariter in casu urgentis negotii, quod, ex voto maioris congregatorum Cardinalium partis, in aliud tempus differri non valeatis. Collegium, item iuxta maioris partis sententiam, de opportuno remedia disponere potest et debet.[3]

CAPUT II

De Cardinalium Congregationibus

6. Tempore Sedis vacantis duplex habeatur Cardinalium Congregatio; altera *generalis ¿* **sive totius**[v] **Collegii, altera** *particularis,* **constans tribus Cardinalibus antiquioribus, uno ex quoque Ordine, cum S. E. E. Camerario, quorum officium tertia die post Conclavis ingressum omnino exspirat, in eorumque locum tres alii sequentes in. Ordine quolibet tertio "die uña cum eodem Camerario succedunt.**[4]

7: Volumus ut in dictis Congregationibus particularibus, quae sive ante, sive post coeptum Conclave haberi poterunt, levioris dumtaxat momenti, ac III **dies seu passim occurrentia negotia expediantur. Si quid Vero gravioris momenti atque indaginis fuerit, id omne ad Congregationem generalem, seu ad S. Collegium Cardinalium deferatur. Ac ulterius, quae in una Congregatione particulari decreta, resoluta,** VEL

[1] **Clem. V cap. 2,** ***Ne Romani*** **in pr.** ***de elect.,*** **I, 3 in Glem. ; Greg. XV Const.** ***Aeterni Patris,*** XVII **kal. Dec. 1621, § 20.**

[2] **Leonis XIII Const.** ***Praedecessores Nostri.***

[3] **Greg. X in gener Conc. Lugdun., cap. 3,** ***UM periculum, § 1 de elect.,*** **I, 6 in Sext. ; Pii IV Const,** ***In eligendis,*** **§ 6.**

*** Clero. XII Const.** ***Apostolatus officium,*** **§ 7 ; Pii IV Const.** ***In eligendis*** **§§ 7 et 8.**

denegata fuerint, in alia revocari, mutari, aut concedi nequeant, sed id faciendi ius habeat ipsa tantum Congregatio generalis per pluralitatem suffragiorum.,[1]

8. Cardinalium Congregationes generales in Aedibus Apostolicis Vaticanis habeantur, vel, si rerum adiuncta id postulent, in alio oppor[2] **tuniori loco, iudicio ipsorum Cardinalium, eisque praesit Cardinalis S. Collegii Decanus, vel, ipso impedito, Subdecanus.**

9. Suffragia in Cardinalium Congregationibus, cum de rebus gravioris momenti agatur, non ore, sed secretis calculis dentur.

10. **Inter generales Congregationes singulari mentione dignae sunt quae ante ingressum in Conclave habentur, eaedemque Congregationes praeparatoriae appellari possunt.**

11. **Congregationes generales praeparatoriae quotidie omnino locum habere debent a die post obitum Pontificis prudenti trium Cardinalium in unoquoque Ordine priorum et S. R. E. Camerarii iudicio statuendo, usque ad diem quo Conclave Cardinales ingrediuntur, etiam diebus, quibus exsequia defuncti Pontificis persolvuntur, idque eo consilio fiat ut liberum sit tum Cardinali Camerario sententiam S. Collegii exquirere atque cum ipso quae necessaria vel opportuna iudicaverit, communicare, tum singulis Cardinalibus sententiam suam circa occurrentia negotia aperire, in rebus dubiis explicationes sciscitari, et opportuna proponere.**

12. **In memoratis Congregationibus generalibus haec praecipue negotia expedienda sunt,**[2] **rerum agendarum ordine prius cum Cardinalibus communicato**

a) **In primis Congregationibus integre legenda erit praesens haec Constitutio, eaque perlecta, iusiurandum ab omnibus Cardinalibus praesentibus iuxta praescriptam formulam [**[3]**] praestandum. Quod iusiurandum pariter emittere tenentur omnes alii Cardinales, qui serius ad locum electionis pervenerint, sive nondum sive iam inceptis Comitiis.**

[1] **Clem. XII Const.** ***Apostolatus officium,*** **§ 7.**

[2] **Clem. XII, Chirografo** ***Avendo Noi,*** **24 Dec. 1732, n. 17.**

[[3]**] Formula iurisiurandi ab Emis ac Revmis S. R. E. Cardinalibus praestandi :**

«Nos Episcopi, Presbyteri et Diaconi S. R. E. Cardinales promittimus, vovemus et iuramus, inviolabiliter ei ad unguem omnes et singulos Nos esse observaturos contenta omnia in Constitutione Summi Pontificis Pii Decimi secundi **De Sede Apostolica vacante et de Romani Pontificis electione,** ***quae incipit*** **Vacantis Apostolicae Sedis,** ***data die octavo decembris anni millesimi nongentesimi Quadragesimi quinti. Item promittimus, vovemus, et iuramus quod quilibet ex Nobis in Romwnum Pontificem, Deo sic disponente, erit assumptus iura spiritualia et etiam temporalia, praesertim de civili Romani Pontificis principatu, libertatemque Sanctae Sedis integre ac strenue adserere atque tueri et, si opus fuerit, vindicare numquam desistei.***

« Praecipue autem promittimus et iuramus, sub poenis in praedicta Pii Decimi secundi

b) **Cardinales quam cito ea omnia decernere ac disponere debent, quae ad Conclave inchoandum urgentiora sunt.**

c) **Constituendus est dies, hora ac modus, quo corpus defuncti Pontificis in Basilicam Si Petri transferatur, illic de more publicae fidelium venerationi exponendum.**

d) **Item Cardinales omnia opportune paranda curabunt, ut Pontificiae exsequiae per novem continuos dies persolvantur, et praefinient: dies quibus sex priores habendae erunt.**[1]

e) **Deputentur duo viri ecclesiastici, qui orationes** *De Pontifice defuncto* **et** *De eligendo Pontifice* **recitare debeant.**

/) Constituatur dies, quo, si ab ipsis petatur, tum Legatis civilium Regiminum tum Equitibus Ordinis Hierosolymitani S. Collegium conveniendi aditus detur. Praedicti autem Legati nonnisi simul congregati admittantur, neque singulis facultas concedatur S. Collegium adeundi.

g) **Nominentur singulares duorum vel trium Cardinalium coetus, vulgo** *Commissiones: a)* **pro inquisitione de qualitatibus Conclavistarum eorumque approbatione,**[2] **itemque pro eorum designatione, qui Conclavi qualibet ratione inservire debeant nec non pro ipsis servitiis ordinandis et moderandis; ß)** **pro constructione et clausura Conclavis, ac pro cellarum dispositione.**[3]

Constitutione **Vacantis Apostolicae Sedis** ***statutis, Nos religiosissime et quoad omnes, etiam familiares seu Conclavistas nostros, secretum esse servaturos in iis omnibus quae ad electionem Romani Pontificis quomodolibet pertinent, et in iis quae in Cardinalium Congregationibus, ante Conclave vel ipso durante habitis, de hac re acta vel decreta sint, itemque de iis quae in Conclavi seu in loco electionis aguntur, scrutinium directe vel indirecte respicientibus, neque secretum praefatum quoquomodo violaturos, sive ipso Conclavi durante, sive etiam post novi Pontificis electionem, nisi peculiaris facultas aut expressa dispensatio ab eodem futuro Pontifice Nobis tributa fuerit; itemque nullo modo a quavis civili potestate, quovis praetextu, munus proponendi*** **Veto** ***sive*** **Exclusivam,** ***etiam sub forma simplicis desiderii, esse recepturos, ipsumve hoc*** **Veto,** ***qualibet ratione Nobis cognitum, patefacturos, sive universo Cardinalium Collegio simili congregato, sive singulis purpura-Us Patribus, sive scripto, sive ore, sive directe ac proxime, sive oblique ac per alios, sive ante Conclave sive ipso perdurante; nullique interventui, intercessioni, aliive cuilibet modo, quo laicae potestates cuiuslibet gradus et ordinis voluerint sese in Pontificis electione immiscere, auxilium vel favorem praestituros».***

Hanc formulam Cardinalis Decanus coram omnibus Cardinalibus iubeat a Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum elata voce legi. Deinde singuli Cardinales dicent:

Et Ego N. Cardinalis N. spondeo, voveo, ac iuro.

Et imponentes utramque manum super Evangelium, adiungent:

Sic me Deus adiuvet ei haec Sancta Dei Evangelia.

[1] **Pii XI, Motu proprio** ***Cum proxime,*** **1 Mart. 1922, n. 1.**

[2] **Pii IV Const.** ***In eligendis,*** **§ 17.**

*** Pii IV Const.** ***In eligendis,*** **§ 15; Clem. XII Const.** ***Apostolatus officium,*** **§ 10.**

h) **Proponantur atque approbentur expensae Conclavis.**

T) **Epistolae Imperatorum, Regum aliorumque civitatum Moderatorum, item Nuntiorum relationes, omniaque alia, quae S. Collegii interesse possint, cum ipso communicentur.**

lc) **Perlegantur, si quae sint, documenta a defuncto Pontifice** SAcro **Cardinalium Collegio relicta.**

I) **Frangantur Annulus Piscatoris et Plumbum Cancellariae Apostolicae.**

m) **Cellae Conclavis Cardinalibus sorte distribuantur,[1] nisi alicuius Cardinalis aetas vel infirma valetudo aliter suadere videantur.**

n) **Constituantur dies et hora ingressus in Conclave.**

CAPUT III

De nonnullis peculiaribus officiis, Sede Apostolica vacante

13. *S. R. E. Camerarii* **et** *Poenitentiarii Maioris* **officia non cessant per obitum Pontificis.[2]**

14. Si autem contigerit alterius vel etiam utriusque officii vacatio quo tempore Romanus Pontifex supremum diem obiit, vel contingat ante novi Pontificis electionem, tunc in prima Congregatione generali, in priori casu, vel in alia quae habebitur triduo post secutam vacationem alterutrius ex praefatis officiis, vota seu suffragia Cardinalium simul congregatorum pro deputatione illius, qui S. R. E. Camerarii vel Poenitentiarii Maioris vices suppleat usque ad electionem novi Pontificis, exquirantur, denturque per schedulas secretas, a Magistris Caeremoniarum etiam ab infirmis Cardinalibus colligendas, ac coram tribus Cardinalibus eo tempore in ordine Prioribus, praesentibus S. Collegii Secretario atque eisdem Caeremoniarum Magistris, aperiendas ; isque deputatus habeatur, in quem maior pars votorum seu suffragiorum praefatorum convenerit, ac sic deputato facultates omnes, quas ipse S. R. E. Camerarius vel Poenitentiarius Maior exercere poterat, quamdiu Sedes vacaverit, attribuimus.[3] Quod si forsan vota paria fuerint, ille deputatus habeatur, qui fuerit Ordine dignior, vel, si eiusdem Ordinis, senior, optione videlicet ad Ordinem episcopalem, inter Cardinales istius

[1] **Pii IV Const.** ***In eligendis,*** **§ 13.**

[2] **Clem. V, cap. 2,** ***Ne Romani,*** **§ 1,** ***de elect.,*** **I, 3 in Clem.; Pii IV Const.** ***In eligendis,*** **§ 9 ; Clem. XII Const.** ***A postulatus officium,*** **§ 15.**

[3] **Clem. V, cap. 2,** ***Ne Romani,*** **§ 1,** ***de elect.,*** **I, 3 in Clem. ; Clem. XII Const.** ***Apostolus officium,*** **§ 15; Bened. XIV Const.** ***In Apostolicae,*** **Idibus Apr. 1744, § 4.**

Ordinis, elevatione autem ad sacram purpuram inter Cardinales aliorum Ordinum.

15; Cardinali S; JR. E. *Camerario,* **vacante Sede Apostolica, incumbit cura et administratio bonorum ac iurium temporalium ipsius S. Sedis, adsistëntibus ei in suo officio Cardinalibus eo tempore in ordine Prioribus seu Capitibus Ordinum, et praehabitis semel pro levioribus, ac semper pro gravioribus negotiis suffragiis S. Collegii. Hinc Cardinalis S. R. E. Camerarius, statim ac a secreti Cubiculi Praefecto nuncium de Pontificis obitu acceperit, ad Apostolicum Vaticanum Palatium perget, ut ipsius possessionem, sicut, sive per se, sive per delegatum, utriusque quoque Palatii ad Lateranum et ad Castrum Gandulphi, capiat ac eorum regimen exerceat. Eiusdem Camerarii erit Pontificis mortem iure recognoscere, adstantibus Praelatis Clericis Reverendae Camerae Apostolicae, cum Secretario-Cancellario, cuius est authenticum mortis actum conficere;**[1] **statuere, auditis Cardinalibus Capitibus Ordinum, modum ad conservationem corporis defuncti Pontificis pro temporum conditionibus magis convenientem et aptum (nisi forte Pontifex ipse vivens suam hac de re voluntatem manifestaverit); privatis eiusdem Pontificis aedibus sigilla apponere; ipsius obitum cum Cardinali in Urbe Vicario communicare, qui de re Populum Romanum singulari Edicto edocebit; eaque omnia, nomine et consensu S. Collegii, curare, quae ad iura Apostolicae Sedis tuenda et ad ipsius administrationem recte gerendam rerum temporumque adiuncta suadebunt.**

16. Cardinalis autem S. Collegii *Decani* **erit, vix dum ab eodem secreti Cubiculi Praefecto de Pontificis morte fuerit edoctus, ceteris Cardinalibus vacationem Sedis Apostolicae significare, eosque ad Palatium Apostolicum advocare, itemque Pontificis mortem communicare cum exterarum Nationum Oratoribus, nec non cum iis qui ipsarum supremo potiuntur imperio.**

17. *Poenitentiarius Maior* **eiusque officiales, Sede vacante, ea facere et expedire valeant, quae a fel. rec. Pio XI constituta ac definita sunt.**[2]

18. *Cancellarii 8. R. E.* **officium per obitum Romani Pontificis non expirat: Apostolicarum tamen sub plumbo Litterarum per eum expeditio, vacante Apostolica Sede, suspenditur.** *Datarli* **vero ministerium per eiusdem Pontificis obitum omnino expirat.**[3]

[1] **Pii XI Const.** ***Ad incrementum,*** **15 Aug. 1934, ii. XCVIII.**

[2] **Const.** ***Quae divinitus,*** **25 Mart. 1935, n. 12; cfr. Benedicti XIV Const.** ***Pastor bonus,*** **Idibus Apr. 1744, §§ 51 55.**

[3] **Pii IV Const.** ***In eligendis,*** **§ 11.**

19. Item per obitum Pontificis cessat munus Cardinalis *Secretarii Status,* **eoque munere, Sede vacante, fungitur Praelatus** *S. Collegii Secretarius.* **Quod si hoc officium iam vacaverit, vel ipsa Sede Apostolica vacante, vacare contingat, eiusdem S. Collegii erit, aliquem ad illud, quamdiu scilicet Sedes Apostolica vacaverit, per pluralitatem suffragiorum deputare.**

20. E contra *Cardinalis in Urbe Vicarii* **officium et iurisdictio non exspirant morte Romani Pontificis. Quod si ipsum Vicarium Urbis, Sede vacante, e vivis decedere contigerit, ne Christifideles Urbis eiusque Districtus aliquod inde accipiant in spiritualibus detrimentum, tunc exsistens Vicesgerens, quamdiu Sedes vacaverit, omnes et singulas habebit facultates, auctoritatem et potestatem, quae eidem Vicario pro exercitio officii Vicariatus quomodolibet competebant, quasque Pontifex ipse, occurrente vacatione Vicariatus Sede plena, Vicesgerenti praedicto quandoque per aliquod tempus, donec scilicet successorem Vicarium deputaverit, attribuere solet.**[1]

21. Item *Legatorum, Nuntiorum ac Delegatorum Apostolicorum* **officium et potestas non cessant Sede vacante.**

22. Probe autem scientes eo maximo tempore, cum de creando Pontifice agitur, divinam opem per assiduas preces, aliaque christianae pietatis et caritatis opera impensius expetendam, ac promereri satagendum esse; ideo sicuti magnopere commendamus, ita quoque retineri volumus laudabilem morem huc usque observatum, ut defuncti Pontificis *Eleemosynarius secretus* **id muneris exercere pergat cum debita S. Collegio Cardinalium subiectione et ab eo dependentia, donec novus Pontifex eligatur, utque eadem pecuniae vis in subventionem eorumdem pauperum et egenorum Sede vacante per ipsum Eleemosynarium dispensetur ac erogetur, quae vivente Pontifice distribui solet, ad quem effectum consueta mandata a tribus Cardinalibus eo tempore in Ordine Prioribus, seu deputatis expediantur.**[2]

23. Sede Apostolica vacante, universa civilis potestas Romani Pontificis circa regimen et gubernium Status Civitatis Vaticanae spectat ad S. Cardinalium Collegium, quod tamen leges condere non poterit, nisi urgente necessitate et pro tempore vacationis Sedis, in posterum tantum valituras si novus Pontifex eas confirmare statuerit.[3]

[1] **Clem. XII Const** ***Apostolatus officium,*** **§ 17.**

[2] **Clem. XII Const.** ***Apostolatus officium,*** **§ 25.**

[3] **Legge fondamentale dello Stato della Città del Vaticano, 7 giugno 1929, n. 1.**

CAPUT IV

De Sacris Romanis Congregationibus et Tribunalibus eorumque facultatibus Sede Apostolica vacante

24. Circa facultates Sacrarum Romanarum Congregationum, Sede vacante, hae, quae sequuntur, normae ab omnibus servandae sunt, non obstantibus privilegiis quibusvis.

25. Sacrae Congregationes, eadem Sede vacante, nullam potestatem habent in iis, quae Sede plena facere et expedire non possunt nisi *facto verbo cum Ssmo,* **vel** *ex audientia Ssmi,* **vel** *vigore specialium et extraordinariarum facultatum,* **quae a Romano Pontifice earumdem Congregationum Praefectis vel Secretariis concedi solent.**

26. Facultates vero quae ipsis per Litteras apostolicas attributae sunt, et proinde tamquam ordinariae atque ipsarum Congregationum propriae censentur, eae morte Romani Pontificis non extinguuntur.

27. Volumus tamen ut his facultatibus ordinariis Sacrae Congregationes solummodo in iis gratiis concedendis, quae minoris momenti sunt, libere, pro rei opportunitate, utantur. In iis vero expediendis definiendisque negotiis quae graviora vel controversa esse videntur, illud statuimus ut, si res talis sit, quae in aliud tempus differri valeat, futuro Pontifici reservetur omnino : sin autem nullam admittat moram, tunc S. Collegio concedimus ut committere possit negotium Praefecto et aliquot aliis Cardinalibus eius Congregationis, ad quam Pontifex illud examinandum verisimiliter commisisset, qui, negotio accurate discusso, ea desuper decernere possint, per modum tamen provisionis, donec eligatur Pontifex, quae, iuxta datam sibi a Domino prudentiam, iuribus et rationibus ecclesiasticis custodiendis ac tuendis apta et consentanea censuerint.[1]

28. Tribunal S. R. Rotae et Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae Sede vacante ius dicere pergunt iuxta leges sibi proprias, servatis tamen quae cann. C. I. C, 244 § 1 et 1603 § 2 praescripta sunt.

CAPUT V

De exsequiis Romani Pontificis

29. Romano Pontifice vita functo, Cardinales exsequias pro eius Anima de more per novem continuos dies persolvent, nisi forte in illis novera diebus aliquod festum ex praecipuis et magnis incidat, propter

[1] **Clem. XII Const.** ***Apostolatus officium,*** **§ 18.**

cuius observantiam exsequiae intermittendae videantur, vel etiam causa quaedam vere gravis et urgens occurrat quae prudenti Cardinalium iudicio exequiarum ordinem suspendere cogat : exsequiae autem forte intermissae erunt resumendam, si tempus sufficiat. Tribus vero postremis diebus solemniori ritu exsequiae ipsae celebrabuntur; et ultimo earumdem exsequiarum die a viro ecclesiastico ad hoc deputato habebitur oratio *De Pontifice defuncto.*

30. Tumulationis authenticum instrumentum, si ipsa fiat in Basilica Vaticana, Notarius conficiet Capituli eiusdem Basilicae. Postea vero Clericus unus Rev. Camerae Apostolicae nec non delegatus aliquis a Praefecto secreti Cubiculi defuncti Pontificis separatim documenta conficiant quae fidem faciant peractae tumulationis, primus coram Reverenda Camera Apostolica, alter coram Praefecto Cubiculi.[1]

31. Si contingat Romanum Pontificem extra Urbem supremum diem obire, S. Cardinalium Collegii erit omnia opportune disponere pro digna ac decora translatione cadaveris ad Vaticanam Basilicam S. Petri.

TITULUS II

DE ELECTIONE ROMANI PONTIFICIS

CAPUT I

De electoribus Romani Pontificis

32. Ius eligéndi Romanum Pontificem ad S. R. E. Cardinales unice et privative pertinet, excluso prorsus atque remoto quolibet cuiuspiara alterius Ecclesiasticae dignitatis, aut laicae potestatis cuiuslibet gradus et ordinis interventu.[2]

33. Si quando contingat ut Romanus Pontifex decedat, perdurante celebratione alicuius Concilii generalis, sive Romae illud habeatur, sive in alio quovis orbis terrarum loco, electio novi Pontificis ab uno S. R. E. Cardinalium Collegio semper et exclusive fieri debet, minime vero ab ipso Concilio, cuius acta quae quomodocumque privativum ius Sacri Cardinalium Collegii auso temerario labefactare viderentur, ipso iure irrita declaramus, atque etiam omnino exclusis ab eadem electione peragenda quibuslibet aliis personis cuiusvis, licet ipsius Concilii, auctoritate forte deputandis, praeter Cardinales praedictos. Quin imo, ut in

[1] **Cfr. Pii XI Const.** ***Ad incrementum,*** **n. C.**

[2] **Pii IX Const.** ***In hac sublimi,*** **x kal. Septembr. 1871 et** ***Consulturi,*** **10 Oct. 1877 ; Leonis XIII Const.** ***Praedecessores Nostri.***

eiusmodi electione memorati Cardinales, omni prorsus impedimento submoto et quavis perturbationum et dissidiorum occasione sublata, liberius et expeditius procedere queant, ipsum Concilium in quibuslibet statu et terminis exsistat, statim ab accepto certo nuntio demortui Pontificis, suspensum ipso iure intelligi debet, adeo ut, nulla prorsus interiecta mora, cessare statim debeat a quibuslibet conventibus, congregationibus et sessionibus, et a quibusvis decretis seu canonibus conficiendis, sub poena nullitatis eorumdem, nec ob quamlibet causam, etiamsi gravissima et speciali mentione digna videatur, ulterius progredi, donec novus Pontifex canonice electus illud reassumi et continuari iusserit.[1]

34. Nullus* Cardinalium, cuiuslibet excommunicationis, suspensionis, interdicti aut alius ecclesiastici impedimenti praetextu vel causa a Summi Pontificis electione activa et passiva excludi ullo modo potest; quas quidem censuras ad effectum huiusmodi electionis tantum, illis alias in suo robore permansuris, suspendimus.[2]

35. Postquam aliquis S. R. E. Cardinalis in Consistorio creatus et publicatus fuit, is statim vocem et ius eligendi Pontificem habet, et consequenter etiamsi cardinalitia galerus nondum illi traditus sit, neque os clausum, vel si clausum fuerit, nondum tamen apertum sit. Etenim huiusmodi claudendi oris ritus ad praecipuam Cardinalium facul tatem, quae circa Summi Pontificis electionem versatur, non pertinet, sed caeremonia quaedam est, ea de causa introducta, ut Cardinales, antequam in Consistoriis et Congregationibus suffragium ferant, de modestia, quae ab ipsis in his et aliis actibus adhiberi debet, quodammodo admoneantur.[3]

36. Cardinales canonice depositi, vel qui dignitati cardinalitiae, consentiente Romano Pontifice, renuntiaverunt, nullum ius ad electionem habent. **Immo, Sede vacante, nec potest S. Collegium restituere et habilitare Cardinales per Papam privatos seu depósitos, ne ad vocem quidem.**[4]

37. Statuimus etiam, ut cum Pontificem de hac vita migrare contigerit, praesentes Cardinales expectare debeant absentes per quindecim-

[1] **Pii IX Const *Cum Romanis Pontificibus*, pridie Nonas Dec. 1869; Cod. I. C. can. 229.**

[2] **Clem. V, cap. 2, Ve *Romani*, § 4, *de'elect.*, I, 3 in Clem.; Pii IV Const. *In, eligendis*, § 29; Greg. XV Const. *Aeterni Patris*, § 22.**

[3] **Pii V decr. die 26 Ian. 1571 ; Caeremoniale Greg. XV, >§ *Porro;* Cod. I. Ç. can 233, § 1.**

*** Bonif. VIII, cap. un., *de schismatic*, V, 3 in Sext. ; Pii IX Litt. *Quamquam*, 29 Septembris 1867.**

tantummodo solidos dies, facta tamen potestate S. Cardinalium Collegio ingressus in Conclave etiam per alios duos trësve dies proferendi,- ea tamen lege ut decem et octo ad summum diebus elapsis,[1] quibus exsequiae defuncti Pontificis celebrantur, Cardinales, quotquot praesentes aderunt, statim Conclave ingredi et ad electionis negotium procedere teneantur.[2]

38. Si tamen Cardinales absentes supervenerint, re integra, id est antequam Ecclesiae sit de Pastóre provisum, in eodem negotio, in illo statu, in quo ipsum invenerint, admittantur.[3]

39. Omnibus autem Cardinalibus in virtute sanctae obedientiae praecipimus et mandamus, ut, postquam per Cardinalem Decanum, vel, ipso impedito, per alium Cardinalem, de vacatione Sedis Apostolicae certiores facti, atque ad novi Pontificis electionem advocati fuerint, nisi legitimo impedimento, a S. Cardinalium Collegio recognoscendo, detineantur, indictionis litteris obtemperare, et ad locum eisdem designatum pro perficienda Pontificis electione statim se conferre debeant.[4]

40. Si quis vero forte Conclave intrare noluerit, vel ingressus, absque manifesta infirmitatis causa iuramento medicorum et a maiori parte Cardinalium approbata, exiverit; tunc, ipso minime requisito, nec in eiusdem electionis negotio ulterius admittendo, per alios ad eligendum Summum Pontificem libere procedatur. Si vero, infirmitate su, perveniente, aliquem eorum e Conclavi exire contingat, ipsa etiam infirmitate durante, poterit, eius suffragio non requisito, ad electionem procedi; sed si ad Conclave, post sanitatem sibi redditam, seu ante, redire voluerit, rursus admittatur.[5]

41. Cardinales omnes et singuli, valetudine non impediti, cum tertio pulsata per loca solita conclavis campanula fuerit, ad scrutinium conr venire debent; cui legi si quis non obtemperaverit, latae sententiae •excommunicationis poenam incurrat.[5]

42. Tandem ut normae iam traditae[7] de ratione vestimentorum quii

[1] Pii XI Motu proprio *Cum proxima,* n. 1.

[2] Greg. X, cap. 3, *Ubi periculum,* § 1, *de elect.,* I, 6 in Sext.; Pii IV Const. *In eligendis,* §§ 2, 3, 5.

[3] Greg. X, cap. 3, *Ubi periculum,* § 1, *de elect., I,* 6 in Sext

[4] Leonis XIII Const. *Praedecessores Nostri.*

[5] Greg. X, cap. 3, *Ubi periculum,* § 1, *de elect.,* I, 6 in Sext.; Pii IV Const. *In eligendis,* § 4.

* Greg. XV Const. *Aetemi Patris,* § 17.

[7] S. Congr. Caeremonialis, *Norme ceremoniali per gii Emi Signori Cardinali,* 6 Gennaio 1943, n. 33.

bus S. R. E. Cardinales, Sede vacante, uti debent, hic opportune recolantur, haec quae sequuntur sunt animadvertenda. Habitus quem vocant *cardinalitium,* **eadem Sede vacante, violáceus erit et laneus, sicuti et cappa; eiusdemque coloris fascia serica cum floccis aureis, collare, et caligae; rochetum adhibebitur simplex, opere pinnato ornatum, tum in ore, tum in extremis manicis, quod tamen trium centimetrorum altitudinem non excedat ; mozzeta sine mantelleto supra rochetum induatur ; pileolum et biretum erunt rubri coloris, sed ex lana ; galerus usualis rubeus ; calcei nigri. Cardinales ex Ordinibus monasticis et mendicantibus assumpti, habitum sibi proprium de more adhibebunt.**

In Congregationibus generalibus quae ante Conclave celebrantur, Cardinales uti debebunt rocheto et mozzeta ; itemque rocheto et mozzeta durantibus scrutiniis in Conclavi : in sacris functionibus quae Cappellae vocantur, cappam induent.

CAPUT II

De Conclavistis ac de aliis in Conclavi partem habentibus

43. Cuilibet Cardinali in Conclavi liberum sit duobus servientibus clericis, vel laicis, vel uno clerico et uno laico, uti; liceat tamen unum tantum eumque laicum in Conclave secum adducere :[1] infirmis autem et graviter affectis, a maiori parte S. Collegii, vel a Cardinali S. R. E. Camerario una simul cum Cardinalibus Capitibus Ordinum, de consensu maioris partis S. Collegii, tertius indulgeri potest.[2]

44. Conclavistae Praelati esse non possunt, neque consanguinei vel affines in primo et secundo gradu Cardinalium, etiamsi expensis eorum viverent, neque eiusdem Ordinis seu Congregationis religiosae : iis autem omnibus ne fas esto in Conclavi aliis Cardinalibus deservire, quamvis cum istis nullum sive consanguineitatis sive affinitatis sive religionis habeant vinculum. Et de qualitatibus Conclavistarum, qui integritate morum, singulari prudentia et insigni erga S. Sedem religione debent esse conspicui, Cardinales deputati ante ingressum in Conclave diligenter inquisitionem habere, et eos approbare, ac post ingressum denuo diligenter inquirere debent.[3]

45. Conclavistae iusiurandum, quod ab ipsis iuxta statutam for-

[1] **Pii XI Motu proprio *Cum proxime,* n. II.**

[2] **Pii IV Const. *In eligendis,* § 16.**

[3] **Pii IV Const. *In eligendis,* § 17.**

mulam [ˈj edi debet, serio ac religiose, pro rei gravitate, praestent. Qaam ob rem S. R. E. Camerarii erit cavere, nt ab ipsis praedictum iusiurandum saltem una vel altera die ante ingressum in Conclave emifc tatur, postquam unusquisque eorum eiusdem iurisiurandi momentum ac formulae sententiam probe intellexerit.

[*] Formula iurisiurandi a Magistris Caeremoniarum atque ab omnibus aliis Conclavistis ecclesiasticis praestandi, una vel altera die ante ingressum in Conclave, coram S. Collegii Secretario, Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto adstante, ad rem deputatis :

constitutus coram te
factis per me SS. Dei Evangeliis coram me positis, promitto et iuro me inviolabile servoturum esse secretum in omnibus et singulis, quae de novi Pontificis electione in Cardinalium Congregationibus acta vel decreta sint et in Conclavi seu in loco electionis aguntur, scrutinium directe vel indirecte respicientia, quaeque omnia quovis modo cognoverim, adeo ut nec directe, nec indirecte, neque nutu, neqw verbo, neque scriptis, vel alias quomodolibet, ipsum mihi violare liceat; itemque promitto et iuro me nullo modo in Conclavi usurum esse instrumentis quibuslibet ad vocem transmittendam vel recipiendam, vel ad imagines luce exprimendas quovis modo aptis, et hoc nedum sub poena excommunicationis latae sententiae, futuro Pontifici speciali modo reservatae, privative etiam quoad S. Poenitentia' riam, sed etiam sub poena privationis cuiuscumque beneficii, pensionis, officii vel muneris ipso facto incurrendae in casu transgressionis. Quod secretum accuratissime ac religiose servabo etiam post peractam novi Pontificis electionem, nisi ab eodem Pontifice peculiaris facultas aut expressa dispensatio mihi concessa fuerit.

«.Pariter prtmitto et iuro nullo modo a quavis civili potestate, quovis praetextu, munus proponendi* Veto *seu* Exclusivam, *etiam sub forma simplicis desiderii, esse recepturum, ipsumque hoc* Veto, *qualibet ratione mihi cognitum, patefacturum, sive universo Cardinalium Collegio simul congregato, sive singulis Cardinalibus, sive scripto, sive ore, sive directe ac proxime, sive oblique ac per alios, sive ante ingressum in Conclave, sive ipso perdurante; nullique interventui, intercessioni, aliive cuilibet modo, quo laicae potestates cuiuslibet gradus et ordinis voluerint sese in Pontificis electione immiscere, auxilium vel favorem praestiturum.

« Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia, quae propriis manibus tango ».

Formóla del giuramento per i Conclavisti ed altri inservienti laici :

«Jo_____**.** . . . . . .
stando dinanzi a . . . . .
toccando colle mie proprie mani i Santi Evangeli, prometto e giuro che osserverò rigoroso e inviolabile segreto su tutte e singole quelle cose, le quali in qualunque modo venissi a conoscere, circa l'elezione del nuovo Pontefice, trattate e definite nelle Congregazioni dei Cardinali, come pure nel Conclave o nel luogo dell'elezione, riguardanti direttamente* o *indirettamente gli scrutini, e che non violerò in alcun modo questo segreto, nè direttamente, nè indirettamente, nè con parole* nè con scritti, nè con segni, od in altra qualsiasi guisa; inoltre prometto e giuro di non usare nel Conclave di apparecchi radio, di telefono, microfono o di qualsivoglia altro strumento trasmittente o ricevente, e di non mare neppure di macchine fotografiche e cinematografiche, e ciò non solo sotto pena di scomunica, riservata in modo speciale al futuro Pontefice, ad esclusione anche della Sacra Penitcn sieria, e da incorrersi senz'altro dichiarazione col solo fatto della violazione del giurai»

40. Conclavistae vero, et quicumque alii servientes, e Conclavi, ex causa infirmitatis manifestae et notabilis a medicis iureiurando probar tae, et de consensu deputatorum, quorum etiam conscientiam oneramus, et non aliter exituri, nullo modo reverti possunt; sed eorum loco> si necessitas ferat, alii eodem prorsus tempore, quo infirmi exibunt, legitime adprobati et admissi, ac iurisiurandi religione iam adstricti, ingrediantur.[1]

47. Item si quem Cardinalem in Conclavi vita fungi accidat, ipsius Conclavistae statim e Conclavi exire debent neque ad alterius Cardinalis famulatum in eodem Conclavi assumi poterunt.[2]

48. S. Collegii quoque Secretarius, itemque Sacri Palatii Apostolici Sacrista cum uno vel pluribus, ad S. Collegii arbitrium, Clericis coadiutoribus in officio Sacristiae, nec non Praefectus Apostolicarum Caeremoniarum et Magistri Caeremoniarum non plures quam sex Conclave ingrediantur, muneribus quae ad ipsos pertinent vacaturi.

49. Adsint praeterea unus Eeligiosus pro confessionibus excipiendis, duo Medici, unus Chirurgus, unus Aromatarius cum uno aut duobus servientibus, qui omnes a maiori parte Cardinalium vel a Cardinali . S. R. E. Camerario una simul cum Cardinalibus Capitibus Ordinum, de consensu maioris partis Cardinalium, erunt eligendi; aliique Conclavis utilitati atque commoditati servientes, qui tamen plures esse non debent quam quod necessitas postulaverit,[3] **quique a Cardinalium Commissione eligentur (cfr. n.** *12g).*

segreto, ma pure sotto altre pene anche gravissime che la stessa Santità Sua potrà infliggermi in caso di trasgressione. Il qual segreto io prometto e giuro che manterrò coscienziosamente anche dopo avvenuta l'elezione del nuovo Pontefice, a meno che non mi venga su ciò concessa dal medesimo Pontefice una espressa e speciale facoltà di parlare.

a Parimente prometto e giuro che non riceverò in nessuna maniera e da nessuna potestà civile, sotto qualsiasi pretesto, l'incarico di proporre il* Veto o Esclusiva*, anche sotto forma di semplice desiderio, e che non manifesterò questo* Veto*, in qualunque modo da me conosciuto, nè dinanzi a lutto il S. Collegio dei Cardinali, riunito, nè ai singoli Cardinali, nè per iscritto, nè a voce, nè direttamente e prossimamente, nè indirettamente o per mezzo di altri, nè prima dell'ingresso nel Conclave, nè esso durante, e che non presterò mai aiuto o favore a qualsiasi intervento, intercessione o altro modo qualsiasi col quale le autorità civili di qualunque grado ed ordine volessero immischiarsi nell'elezione del Romano Pontefice.

«Così Dio mi aiuti e questi Santi Evangeli, che tocco colle mie mani».

[1] **Pii IV Const.** ***In eligendis,*** **§ 24.**

[2] **Clem. XII Chirogr.** ***Avendo Noi,*** **n. 16.**

*** Pii IV Const.** ***In eligendis,*** **§ 18; Clem. XII Const.** ***Apostolatus officium,*** **§ 13.**

CAPUT III

De ingressu in Conclave[1]

50. Exsequiis defuncti Pontificis, ut supra, persolutis, et interim Conclavi opportune praeparato, Cardinales, die statuta, in Basilicam Sancti Petri, vel alio pro temporis et loci opportunitate, conveniunt,, ubi per Decanum S. Collegii, vel eo impedito per alium ex antiquioribus .Cardinalibus, Missa *de Spiritu Sancto* **celebratur, et in fine per aliquem Praelatum aut alium virum ecclesiasticum doctum habeatur oratio, qua moneantur, ut, sepositis omnibus privatis affectibus, solum Deum prae oculis habentes, Sanctae Romanae et universali Ecclesiae de Pastore sufficienti et idoneo providere, omni qua possunt brevitate et diligentia curent.**

51. Re divina peracta, statim, vel, si Patribus potius libuerit, vespere, fit ingressus in Conclave. Magister Caeremoniarum Crucem Papalem ferens, procedit: quem Cardinales sequuntur, Episcopi primum, deinde Presbyteri, postremo Diaconi, omnes vestibus et mozzeta violaceis laneis cum fascia serica eiusdem coloris et rocheto simplici induti :. Crucem praecedunt Familiares Cardinalium, et immediate Cantores Hymnum *Veni, Creator Spiritus* **cantantes : post Cardinales sequuntur Praelati, atque ita ordine procedentes, Conclave ingrediuntur, et cum ad Cappellani pervenerint, Cardinalium Decanus apud Altare dicit oratio-, nem** *Deus qui corda fidelium ;* **qua finita et ab Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto intimato** *extra omnes* **a Sacello, praesens Constitutio (praetermissis iis, quae nonnisi res iam peractas respiciunt) iterum legitur; ac iusiurandum, iuxta superius praescriptam formam, ab omnibus Cardinalibus rursus emittitur. Deinde Cardinalis Decanus Cardinales omnes brevi sermone convenientibusque verbis ad electionis negotium rite et recte peragendum hortatur.**

52. His omnibus absolutis, Praelatus secreti Cubiculi Praefectus, qui est Gubernator Conclavis, et Mareschallus perpetuus S. R: E;, qui Conclavis est Custos, iusiurandum emittere debent iuxta statutas formulas [2] coram Cardinali Decano, praesentibus omnibus Cardinalibus,

[1] **Cfr. Caeremoniale Greg. XV.**

[2] **Formula iurisiurandi a Praelato Gubernatore Conclavis et a Praelatis quibus custodia Rotarum Conclavis committitur :**

a Ego.....

spondeo, voveo et iuro officio meo diligenter ac religiose me esse functurum^ secundum praescripta apostolica et normas traditas a Sacro Cardinalium Collegio.

« Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia ».

idemque praestant Praelati, quibus Rotarum Conclavis custodia concreditur, videlicet, Archiepiscopi et Episcopi Pontificio Solio Assistentes, Protonotarii Apostolici de numero Participantium, Auditores S. B. Rotae et Praelati Clerici Reverendae Camerae Apostolicae.[1]

53. His expletis, Cardinales ad cellas, sorte inter eos distributas, divertunt, exceptis Cardinalibus in unoquoque Ordine prioribus et Cardinali S. R. E. Camerario, qui in Sacello remanent ut ad clausuram Conclavis procedant.

Interim vero Officiales Conclavis et alii in Conclavi servientes iusiurandum iam emissum (cfr. n. 45) iuxta praescriptas formulas iterum praestant coram S. Collegii Secretario, adstante Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto, ad rem deputatis a Cardinali S. R. E. Camerario, coram quo antea et ab ipsis iusiurandum emittenduin est. [2]

54. Tandem postquam ter, iussu Cardinalis Decani, campanula personata fuerit, exclusis omnibus, qui in Conclavi remanere non debent, facibus accensis, tres Cardinales Capita Ordinum et S. R. E. Camerarius, una cum Secretario Conclavis, Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto et Magistris, nec non Architecto Conclavis, latebras et ángulos omnes Conclavis diligenter perquirant, ne quis ex iis, qui esse in Conclavi prohibentur, intus remanserit; post haec autem Conclave intus claudatur et claves Cardinali S. R. E. Camerario et Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto concredantur. In Conclavi autem esse possunt Familiares Cardinalium et alii Officiales et Ministri Conclavis, quos superius recensuimus; omnium autem istorum Cohelavistarum recognitio fieri debet, ne quis inter illos forte sit ex iis, qui in Conclavi esse non possunt : quae recognitio, ut certius fiat, iubentur Conclavistae omnes intrare Cappellani, et postea singillatim recensentur.

Formóla del giuramento per il Maresciallo-Custode :

prometto e giuro di compiere con religiosa fedeltà e diligenza il mio ufficio, secondo le norme stabilite dai Sommi Pontifici e le disposizioni date dal Sacro Collegio dei Cardinali.

« Così Dio mi aiuti e questi Santi Evangeli ».

[1] **Pii XI Const.** ***Ad incrementum,*** **nn. XXXVII, LXX, CHI.**

[2] Formula iurisiurandi a Secretario S. Collegii et ab Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto praestandi eadem est ac formula iurisiurandi ab aliis Conclavistis ecclesiasticis emittendi (n. 45, not. 4), praeter initium quod ita habebitur:

« Ego .....

taciis SS. Dei Evangeliis coram me positis, promitto et iuro fidelem in omnibus et singuli» me futurum Sacro Cardinalium Collegio et diligenter ac religiose officio meo esse functurum.

Item promitto et iuro me inviolabile, **etc.**

55. Eodem tempore quo intus. Conclave et extra, claudatur a Gubernatore et a Mareschallo Conclavis, cum suo uniuscuiusque comitatù, necnon a Decano Praelatorum Clericorum Reverendae Camerae Apostolicae cum Secretario-Cancellario, a Cardinali S.. R. E. Camerario deputato, cum Magistris Caeremoniarum et Architectis,, debitis antea adhibitis diligentiis et explorationibus : claves autem Mareschallo-Custodi adsignentur.

56. Utriusque peractae clausurae instrumentum respective conficiatur^ unum a Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum, a Secretario Conclavis et ab ipso Caeremoniarum Praefecto, Notarii munere fungente, subsignandum, testibus adhibitis duobus Caeremoniarum Magistris ; aliud ab aliquo e Praelatis Clericis Rev. Camerae Apostolicae simul cum Secretario-Cancellario a Cardinali S. R. E. Camerario deputatis, et quidem in aedibus Mareschalli Conclavis, adstantibus et subscribentibus ipso Mareschallo, Praelato Gubernatore Conclavis, Commissario generali eiusdem Conclavis, qui debet esse unus e Collegio Advocatorum Aulae Consistorialis,[1] et Gubernatore Civitatis Vaticanae.[2]

. . . . CAPUT IV

De clausura Conclavis, ac de secreto servando in iis omnibus quae in Conclavi aguntur

57. Electio Summi Pontificis fieri debet in Conclavi, et eo clauso/ sublata tamen nullitate electionis a Gregorio XV (vel alio quovis decreto pontificio) hac de re statuta.

58. Tenentur quoque Cardinales pro tempore deputati, per se vel per* alios, cellas Cardinalium et alia Conclavis loca saepius visitare et diligenter perquirere, ne Conclavis clausura ullo modo violetur. Et si quid tale deprehensum fuerit, auctores e Conclavi expellantur et gravibus poenis futuri Pontificis arbitrio plectantur.[4]

59. Clauso Conclavi, nulli ad colloquium cum Cardinalibus vel aliis in Conclavi partem habentibus admittantur, nisi praesentibus Praelatis, quibus Conclavis custodia concreditur, et nisi voce et idiomate intelligibili loquantur. Et si quis forte (quod absit) clam ipsum Con-

[1] Bened. XIV Const. *Inter conspicuos,* iv kal. Septembr. 1744, § 31.

[2] Cfr. Pii XI Const. *Ad incrementum,* n. CIL

[1] Greg. X cap. 3, *UM periculum, §* 1, *de elect:,* I, 6 in Sext; ; Greg. XV Const. *Aeterffi Patris,* § 1.

[4] Pii IV Const. *In eligendis,* § 15.

clave ingrediatur, omni honore, gradu, atque officio et beneficio ipso facto privatus existat.[1]

60. Volumus item ut epistolae, aut cuiusvis generis scripta, etiam typis edita, tum ad eos, qui in Conclavi sunt (non exceptis ipsi» R. E. Cardinalibus), tum praesertim e Conclavi ad eos, qui foris sunt, mitti nullatenus possint, nisi prius omnia et singula S. Collegii Secretarii, ac simul Praelatorum, qui ad custodiam Conclavis deputati sunt, examini atque inspectioni subiiciantur. Ab hac regula tamen excipitur litterarum commercium, quod liberum erit atque expeditum, inter Officium Sacra« Poenitentiariae et Cardinalem Poenitentiarium Maiorem in Conclavi degentem; eaeque litterae, sigillo Officii munitae, nulli examini et inspectioni erunt obnoxiae.[2] **Absolute autem omnibus interdicimus, ne ephemerides quotidianaè vel periodicae extra Conclave et in Conclave mittantur. Qui vero contra omnia superius enunciata fecerint, poenae excommunicationis latae sententiae subiaceant.**[8]

61. Praeterea, uti iam in supra relatis, tam pro S. R. E. Cardinalibus quam pro Conclavistis, iurisiurandi formulis expressum est, severe praecipimus et mandamus ut ab omnibus in Conclavi partem habentibus secretum religiosissime servetur in iis omnibus, quae ad electionem Romani Pontificis pertineant, et in iis quae in Conclavi, seu in loco electionis agantur. Hinc quaecumque directe vel indirecte secretum violare quomodolibet poterunt, sive verba, sive scripta, sive signa, aut alia quaevis, omnia vitare et cavere omnino tenentur,[4] **ita ut hanc legem violantes excommunicationem latae sententiae incur rant, a qua, sicut ab alia quavis et contra quoslibet in hac Constitutione imposita et irrogata, seu infra imponenda et irroganda, poena excommunicationis, a nullo, ne a Maiori quidem Poenitentiario, cuiuslibet facultatis vigore, praeterquam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi possint.**[3]

62. Specialiter autem, sub eiusdem excommunicationis poena, Cardinales prohibemus, ne suis Familiaribus seu Conclavistis vel aliis quibusvis ea pandant, quae scrutinium directe vel indirecte respiciant,

[1] **Greg. X cap. 3,** ***Ubi periculum,*** **§ 1.** ***de elect.,*** **I, 6 in Sext.; Pii IV Const.** ***In eligendis,*** **§ 19.**

[2] **Pii XI Const.** ***Quae divinitus,*** **n. 12.**

*** Greg. X cap. 3,** ***Ubi periculum,*** **§ 1,** ***de elect.,*** **I, 6 in Sext. ; Pii IV Const.** ***In eligendis,*** **§ 20 ; Clem..XII Const.** ***Apostolatus officium,*** **§ 11.**

*** Greg. XV Const.** ***Aeterni Patris,*** **§ 20.**

[5] **Greg. XV Const** ***Aeterni Patris,*** **§ 19.**

itemque quae in Cardinalium Congregationibus, sive ante Conciare sive ipso durante habitis, de Pontificis electione acta vel decreta sint.

63. Insuper praecipimus, graviter onerata ipsorum conscientia, S. R. E. Cardinalibus ut secretum huiusmodi servetur etiam post peractam novi Pontificis electionem, neque ullo modo ipsum violari liceat, nisi ab eodem Pontifice peculiaris ad hoc facultas aut expressa dispensatio concessa fuerit. Quod praeceptum extendi volumus ad alios omnes, qui in Conclavi partem habuerunt, si quid forte, bona vel mala, fide, de iis, quae in Conclavi gesta sint, cognoverint.

64. Tandem, ut secreto servando strictius consulatur, omnino prohibemus ne in Conclave introducantur, sub quocumque praetextu, instru-, menta quae dicunt telegraphica, telephonica, microphonica, radiophonica, photographica, cinematographica et alia huiusmodi.

CAPUT V

De forma electionis[1]

65. Mane sequenti, post clausum praecedenti nocte Conclave, ac post solitum campanulae sonum, conveniunt Cardinales in eo praer sentes, qui infirmitate non sunt impediti, ad designatum Sacellum, et ibi celebrata consueta Missa, et facta Cardinalium Communione, qui se a Sacro peragendo quavis de causa sponte abstinuerint[2] ac postea a Sacrista recitato Hymno *Veni, Creator Spiritus* **cum oratione de Spk, ritu Sancto, necnon a Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum instrumentis perlectis utriusque Conclavis clausurae, statim ad negotium electionis procedere debent, quod quidem uno tantum ex tribus, qui infra exponuntur, modis sive formis peragendum est, alioquin electio nullitatis vitio subiacet.**

66v Primus modus est, qui quasi per *inspirationem* **vocatur, quando scilicet omnes Cardinales, quasi afflati Spiritu Sancto, aliquem unani miter et viva voce, libere ac sponte Summum Pontificem proclamant; circa quem modum infrascripta notanda sunt.**

Primum, haec forma electionis adhiberi potest solum in Conclavi, et eo clauso. Secundo, debet fieri electio secundum hanc formam ab omnibus et singulis Cardinalibus in Conclavi praesentibus, etiam iis, qui ob infirmitatem in cellis detinentur. Tertio, communiter, et nemine

[1] Cfr. Caeremoniale Greg XV.

[2] Pii XI Motu proprio *Cum proxime, n* III.

eorum dissentiente. Quarto, nullo praecedente de persona speciali tractatu, per verbum *«eligo»* intelligibili voce prolatum, aut scripto expressum, si voce non possit proferri. Exemplum autem huius, potest esse huiusmodi. Si quis e Patribus clauso Conclavi, nullo, ut praefertur, praecedente speciali tractatu, diceret: «Reverendissimi Domini, perspecta singulari virtute et probitate Reverendissimi Domini *N.* iudicarent illum eligendum esse in Summum Pontificem, et ex nunc ego ipsum eligo in Papam». Deinde hoc audito, si ceteri Patres, nemine excepto, sequentes primi sententiam eodem verbo « *eligo* » intelligibili voce pronuntiato, aut, si non potest, in scriptis expresso, eumdem *N.,* de quo nullus specialis tractatus praecessit, communiter eligerent, ipse *N.* esset canonice electus et verus Papa secundum hanc electionis formam, quae dicitur *per inspirationem.*

67. Secundus modus est *per compromissum,* quando scilicet in quibusdam peculiaribus rerum adiunctis, Cardinales ad electionem per hanc formam seu viam procedere volentes, committerent aliquibus ex Patribus eligendi potestatem, ut vice omnium Ecclesiae Catholicae provideant de Pastore, cuius formae praxis debet esse huiusmodi. Primo omnes et singuli Cardinales in Conclavi clauso praesentes, nemine eorum dissentiente, in aliquos ex Patribus (L e. in tres vel quinque vel septem non in minorem vel maiorem numerum) compromissum faciunt, exempli gratia in hanc formam: « In nomine Domini, Amen. Anno etc ; mense etc. die etc. Nos Episcopi, Presbyteri et Diaconi S. R. E. Cardinales omnes et singuli in Conclavi existentes, videlicet iV. *N.,* (et singillatim omnes nominentur Cardinales) degimus, et eligimus per viam procedere compromissi, et unanimiter et concorditer nemine discrepante, eligimus compromissarios A'., W. et *N.* Cardinales, etc., quibus damus plenariam facultatem et potestatem providendi S. R. E. de Pastóre sub hac forma videlicet» (Hic necesse erit ut Cardinales Compromittentes exprimant modum et formam secundum quam Compromissarii debent eligere, et secundum quam electus debet censeri verus et legitimus Papa, ut puta si electi sint tres Compromissarii, declarandum est an ad hoc ut electio sit valida, prius proponere debeant S. Collegio personam ab ipsis nominandam ad Pontificatum, an vero absolute debeant electionem peragere; an omnes tres debeant convenire in unam personam; an vero sufficiat, quod duo in unam concordent, et an debeant nominare aliquem de Collegio, vel etiam aliquem extra Collegium, et alia his similia). His autem, vel aliis similibus expressis, addi compromisso debet tempus, ad quod usque volunt Cardinales po-

testatem Compromissarios habere eligendi, et postea subiungantur haec yerba: «Et promittimus nos illum pro Romano Pontifice habituros, quem DD. Compromissarii secundum formam praedictam duxerint eligendum», vel alia ad formam Compromissariis praescriptam accommodata.

Secundo, completo huiusmodi mandato, Compromissarii ad partem in aliquo loco separato et clauso se conferunt, et de electione facienda tractant,, et debet inter eos praemitti protestatio, quod per quamcumque prolationem verborum suum dare consensum non intelligunt, nisi in scriptis illum expresse ponant. Et haec protestatio necessaria est inter Compromissarios, ut verbis humanis et reverentialibus inter se, sine praeiudicio, uti possint.

Tertio, facta per Compromissarios electione secundum formam eis praescriptam, et in Conclavi promulgata, electus per huiusmodi viam compromissi, est canonicus et verus Papa.

t)8. Tertius et ordinarius modus, seu forma electionis Romani Pontificis est, quae vocatur *per scrutinium.* **Qua in re plenissime confirmamus legem iam latam ac per plura deinde saecula semper religiosissime servatam, qua nempe statutum est ut ad validam Romani Pontificis electionem requirantur duae saltem ex tribus partibus suffragiorum,[1] eandem tamen modo innovamus quatenus decernimus ut duabus ex tribus suffragiorum partibus unum insuper addatur suffragium, alioquin electio sit ipso iure nulla atque irrita, ita ut ille tantummodo Romanus Pontifex habendus sit in quem duae saltem ex tribus parti bus Cardinalium, uno plus, in Conclavi praesentium per secreta sche^ dülarum suffragia convenerint.**

Quod autem decretum inducendum et observandum iubemus ut quaer libet praecaveatur occasio dubitandi ne in duabus tertiis partibus suffragiorum suffragium ipsius Electi numerari queat, cum nemo unquam sive scrutinii sive compromissi via procedatur, seipsum eligere, seu suffragium sibi dare ullatenus possit : electi tamen persona, si in Conclavi sit, debeat in numerum Cardinalium computari.[2]

69. Scrutinii autem ritus continet tres actiones : alteram, quae *antescrutinium,* **alteram, quae** *scrutinium,* **et tertiam, quae** *post-scrutinium* **appellari potest.**

70. *Antescrutinii* **actus sunt quatuor, videlicet : praeparatio schedun**

[1] **Alex. III in Concil. Later. cap. 6,** ***Licet de vitanda, de elect.,*** **I, 6; Greg. XV Const.** ***Aeterni Patris,*** **§ 1.**

[3] **Greg. XV Const.** ***Aeterni Patris,*** § 2.

larum; extractio Scrutatorum, Deputatorum pro votis infirmorum ei Recognitorum, per sortem ; scriptio schedularum ; earum complicatici

71; Schedularum praeparatio et distributio ad Magistros Caeremoniarum pertinet, qui eas singulis Cardinalibus saltem duas vel tres dis «tribuent.

72. Forma autem schedulae, quoad eius figuram attinet, erit altera parte latior hoc est plus lata, quam longa. Iii medio autem anterioris eius partis, continere debet haec verba, typis impressa, ubi fieri potest* alioquin unius manu scripta :

Eligo in Summum Pontificem Reverendissimum Dominum meum D. Cardinalem_____

Exemplar ergo huius schedulae scrutinii hoc erit :

Eligo in Summum Pontificem Rev.mum

D, meum D. Card.

73. Secundus actus antescrutinii est extractio Scrutatorum, Deputatorum pro votis infirmorum, et Recognitorum : quae extractio, an? tequam ad scrutinium procedatur, sorte facienda est, hoc modo. In uno saeculo, aut vase, publice ponantur tot schedulae, vel si magis placet, «pherulae ligneae palam numeratae, quot sunt Cardinales praesentes in Conclavi cum eorum nominibus : deinde per ultimum Diaconum extrahantur primo Scrutatores tres, postea tres Deputati pro votis in^ firmorum, qui brevitatis gratia Infirmarii appellar v possunt, ac tandem Recognitores, de quorum omnium officio inferius suo loco scribetur. Quod si in extractione Scrutatorum, Infirmariorum et Recognitorum, extracti fuerint Cardinales, qui ob infirmitatem aliudve impedimentum muneribus praedictis satisfacere non possint, alii non impediti, loco illorum, extrahantur. Peracta vero extractione, schedulae, seu spherulae eorum, qui extracti fuerunt, in saeculum, seu in vas iterum coniiciantur.

74. Tertius actus antescrutinii est schedularum scriptio. Hic, antequam, videlicet, Cardinales nomen eligendi in schedulis scribere coeperint, Secretarius S. Collegii et Magistri Caeremoniarum debent ab

aula discedere, ita ut tempore scrutinii Cardinales soli in Cappella remaneant.

Porro, post eorum egressum ex aula, ultimi Cardmális ordinis Dia? conorum erit Ostium Cappellae claudere: ac generatim ipsum, quotiescumque opus fuerit, aperire et claudere, exempli gratia, quum Cardinales Infirmarii ad vota infirmorum colligenda pergunt ac postea quum ad Cappellani redeunt, vel ob quamcumque aliam necessitatem.

75. Schedularum scriptio ab unoquoque Cardinali secreto fiet, in media parte schedulae scribendo nomen illius, quem eligit, charactere tamen, quantum fieri potest, alterato, ne manus scribentis facile cognosci possit; et caveat ne plura nomina in schedula scribat, quia suffragium esset nullum.

Exemplar schedulae scriptae esto :

Eligo in Summum Pontificem Rev.mum

D. meum D. Card. Baronium

76. Quartus actus antescrutinii est schedularum complicatio, quae fiet in medio uniuscuiusque schedulae, ita ut schedula ipsa fere ad latitudinem pollici redigatur, prout ex figura, quae hic exempli gratia ponitur, conspici potest.

Eligo in Summum Pontificem Bev.mum

(locus plicaturae)

D. meum D. Card. Baronium

Haec de antescrutinio sufficiant; ceterum, quod attinet ad Cardin»-, íes infirmos, aut aliter impeditos, inferius suo loco dicetur.

77; Sequitur secunda actio, quae nomine *scrutinii* appellata fuit. Octo sunt huius actionis actus, videlicet : delatio schedulae, iurisiurandi praestatio, positio schedulae in calicem, schedularum mixtio, earum numeratio, scrutinii publicatio, schedularum in fil um insertio, earum depositio seorsum.

: 78. Delatio schedulae, et duo sequentes actus, qui melius simul describuntur ob eorum connexionem, hoc modo fient. Quilibet Cardinalis* ordine praecedentiae servato, propriam schedulam, postquam illam scripserit et complicaverit, duobus primis digitis dexterae manus sümet. ac elevata manu palam deferet ad Altare, penes quod stant Scrutatores, et in quo est calix magnus ad recipiendas schedulas paratus et patena coopertus; ibique genufiectens, aliquantulum orabit; deinde surgens, alta et intelligibili voce, iurabit in hanc formam, quae in tabella super Altari posita descripta habetur :

Testor Christum Dominum, qui me iudicaturus est, me eligere, quem secundum Deum iudico eiigi debere.

Post haec schedulam in patenam ponet, et per patenam mittet in calicem; quo facto inclinabit se ad Altare, et ad suum locum re vertetur.

79. Haec servanda erunt, si Cardinalis ad Altare pergere possit : nam si ob infirmam valetudinem non possit, et praesens in Cappella sit, ultimus Scrutator ad eum accedet; et Cardinalis infirmus, postquam schedulam in loco suo, secreto, ut supra dictum est, confecerit, praevio iureiurando praedicto, ipsam complicatam eidem Scrutatori tradet, qui eam palam deferet ad Altare, et sine oratione et iureiurando in patenam ponet, et per eam iri calicem mittet.

80. Si vero aliqui Cardinales infirmi sint in suis cellis, tres Cardinales Infirmarii, ut supra extracti, ad eos accèdent cum capsula altitudine unius palmi, in cuius superiori parte sit rima, seu foramen, eius magnitudinis, ut per illud schedula complicata possit per suam latitudinem intus capsulam transmitti; quam capsulam antequam Scrutatores Infirmariis tradant, palam aperient, ut ceteri Cardinales possint eam inanem et vacuam conspicere, deinde claudent, et clavem ponént super Altare; deinde Infirmarii cum capsula clausa, et cum parvo disco sufficientes schedulas continente, ad unumquemque eorum accèdent ; et infirmi acceptas ex disco schedulas secreto scribent et complicabunt, et praevio iam dicto iureiurando in capsulam per rimam mittent ; quod si infirmi scribere non possint, sive aliquis ex tribus Cardinalibus Infirmariis, sive alius ex ordine tamen clericali, cuiuslibet Cardinalis in-

ormi ver Infirmariorum arbitrio deligendus, praestito de secreto sert vando in manibus ipsorum Infirmariorum iureiurando,[1] praedicta faciet : #tque hi advertere debent quod non solum iurisiurandi vinculo tenentur servare secretum, sed etiam in excommunicationem latae sententiae, .si contrafecerint, incurrent. His peractis, Infirmarii ad Cappellani revertemur eum capsula, quam Scrutatores aperient, et schedulas in ea contentas palam numerabunt : et tot repertas, quot sunt infirmi, ponent singillatim in patenam, et per patenam simul omnes in calicem.

: Ne autem nimis in longum protrahatur scrutinii actio, Infirmarii poterunt proprias schedulas post Decanum conficere et in calicem ponere, deinde dum ceteri Cardinales scrutinium agunt, ad infirmos pergere ad accipienda eorum suffragia eo modo, quo proxime ante dictum est...- .,;

81. Quartus actus scrutinii est schedularum permixtio, quae fiet per primum Sçrutatorem, calice in quo ipsae schedulae positae fuerunt, patena cooperta, pluries agitato.

82. Quintus actus est numeratio schedularum, quae palam fiet per ultimum Scrutatorem, capiendo singillatim unamquamque schedulam ex calice, eamque ponendo in alium, qui ad hoc paratus sit, calicem vacuum. Quod si numerus schedularum non respondeat numero Cardinalium, omnes comburendae sunt, et iterum, idest secunda vice, ad suffragia statim est deveniendum. Si vero numerus schedularum numero Cardinalium respondeat, prosequendi sunt alii actus scrutinii.

83. Sextus actus est publicatio scrutinii, quae per Scrutatores, qui sedent ad mensam ante Altare positam, fiet hoc modo. Primus Scrutator accipiet unam schedulam, eamque explicabit, et viso in ea schedula electi nomine, eam tradet secundo Scrutatori, qui pariter, eodem electi nomine perspecto, eamdem tradet tertio, qui illam alta et Intelligibili voce perleget, ut Omnes Cardinales praesentes notare possint suffragium in folio impresso, quod penes se habebunt cum nominibus omnium Cardinalium : notabit autem iuxta nomen Cardinalis ex schedula recitati. Idem faciendum erit de ceteris schedulis in calice positis, usque ad ultimam. Quod si in scrutinii publicatione inveniant ScrUta-

[1] Formula huiusmodi iurisiurandi haec erit :

« Ego N. spondeo, voveo ac iuro me fideliter impleturum munus ab Emo Cardinali N. mihi commissum schedulam eius nomine et vice conscribendi, et inviolabile secretum semper servaturum de iis quae in ea continentur, sub poenis in Constitutione Pii XII Vacantis Apostolicae Sedis, *diei octavi Decembris anni millesimi nongentesimi quadragesimi quinti statutis.*

« Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia ».

tores duas schedulas ita complicata« ut ab uno tantum datas fuisse appareat, si quidem unus et idem in utraque electus fuerit, schedulae praedictae habebuntur et notabuntur pro uno suffragio, si vero diversi fuerint nominati, neutrum suffragium validum erit; scrutinium tamen neutro casu vitiatur. Ceterum suffragia praedicta, finita scrutinii pu[illegible] blicatiöne, a Scrutatoribus iuxta nomina Cardinalium, qui ea obtinuerunt, in unam summam redigentur, vel in separato folio notabuntur, hoc modo : *Reverendissimus D. Cardinalis A habet suffragia* **20,** *et Reverendissimus D. Cardinalis B habet suffragia 15,* **et sic de aliis; quod fit ne Cardinales, cum opus est, cogantur semper numerare suffragia; quae iuxta nomina Cardinalium notarunt.**

84. Septimus actus scrutinii est schedularum in filum insertio, quae ut schedulae ipsae cautius conservari possint excogitata fuit. Haec autem insertio fiet per ultimum Scrutatorem, inserendo schedulam unamquamque, postquam eam perlegerit, acu cum filo ad hunc effectum parato, in loco, ubi est verbum Eligo.

85. Octavus et postremus scrutinii actus est depositio schedularum seorsum, quae similiter fiet per ultimum Scrutatorem, qui, finita insertione omnium schedularum in filum, capita fili noà*o iunget, et schedulas omnes ita colligatas in alium calicem vacuum, vel in mensa seorsum ponet.

86. Sequitur tertia et postrema actio, quae *post scrutinium* **appellata fuit, cuius actus tres sunt, videlicet : numeratio suffragiorum, eorum recognitio, et schedularum combustio.**

Primus itaque actus est numeratio suffragiorum, quae fiet per Scrutatores semper, sive secuta sit electio, sive non : et si quidem secuta non sit electio, ut sciatur, quod in eo scrutinio non habetur Papa; si vero secuta sit, ut constet de canonica Pontificis electione. Fiet autem haec numeratio suffragiorum hoc modo. Scrutatores in unam summam redigent suffragia, quae quilibet nominatus in Pontificem obtinuit, c4 si invenerint nullum ex nominatis ad duas tertias partes suffragiorum, uno insuper addito suffragio, pervenisse, non habetur Papa in illo scrutinio ; si vero invenerint aliquem ex nominatis duas saltem tertias partes suffragiorum, uno insuper addito suffragio, obtinuisse, electio Papae habetur, et quidem canonice valida.

Secundus actus postscrutinii est recognitio, quae per Recognitores, sive secuta sit electio, sive non, fiet inspiciendo tam schedulas scrutinii, quam suffragiorum annotationes factas per Scrutatores, ut pei

huiusmodi recognitionem constare possit an Scrutatores sincere et fideliter muneri suo satisfecerint.

Tertius, et postremus actus postscrutinii est cömbustio omnium schedularum, quae semper et palam per Scrutatores fiet, statim post recognitionem, sive electio sit secuta, sive non, antequam Cardinales discedant ab aula, arcessitis interim ab ultimo Cardinali Diacono, et adiuvantibus, Secretario Conclavis et Praefecto cum Magistris Caeremoniarum. Si tamen secundum scrutinium, iuxta ea quae inferius praeserventur, peragendum sit, tunc combustio schedularum primi scrutinii nonnisi in fine una cum schedulis secundi scrutinii facienda erit.

87. Omnibus et singulis Cardinalibus in virtute sanctae oboedientiae praecipimus ut, ad secretum tutissime servandum, omne genus scripturas quas de exitu uniuscuiusque scrutinii apud se habeant, una cum schedulis comburendas tradant.

88. In Praedecessorum Nostrorum, ac praecipue Gregorii XV, Constitutionibus, ad expeditiorem electionem habendam statutum fuerat ot, scrutinio publicato, si electio per consensum tunc duarum tantum partium in eo facta non fuerit, statim antequam ad alios actus deveniatur, Cardinales possent, semel in quolibet scrutinio, accedere alicui ex illis, qui in eodem scrutinio saltem unum suffragium validum obtinuis-,-sent, dummodo is non esset, qui ab ipsomet Cardinali fuerat in scrutinio nominatus. Cum tamen huiusmodi forma *accessus* **non parum esset ad exequendum difficilis, praesertim quoad ea, quae schedularum inspectionem, apertionem et collationem spectabant, immo cum in praesens, attenta nova schedularum forma per Nos inducta, fere impossibilis evaderet, Nos, Praedecessoris Nostri Pii X ordinationem confirmantes, qui et huic incommodo occurrere et nihilominus optatae electionis accelerationi nullimode officere cupiit, iterum statuimus ac praescribimus ut loco ipsius accessus, semel tam mane quam vespere, post completum iuxta huc usque exposita scrutinium, si quidem in eo secuta non sit electio, Cardinales statim ad. novum scrutinium peragendum procedere debeant, in quo rursus suffragia sua ferant, iis, quae in primo scrutinio lata sunt, minime computatis. Volumus autem ut in hoc secundo scrutinio iidem ac in primo ritus serventur, ita tamen ut Cardinales non teneantur novum emittere iusiurandum, neque novos eligere Scrutatores, Infirmarios et Recognitores, sed quae in primo scrutinio quoad haec praestita sunt, sine renovatione valeant etiam pro secundo.**

89. Et haec omnia, quae de scrutinii ritibus sunt exposita, servanda erunt diligenter a Cardinalibus in omnibus scrutiniis, quae singuli*

diebus peragi debent inane post solitam Missam, et Hymnum *Veni, Creator Spiritus* **cum oratione de Spiritu Sancto, et post meridiem, hora opportuna, pariter post Hymnum** *Veni, Creator Spiritus* **et orationem de Spiritu Sancto.**[1]

90. Quod si electio aliter celebrata fuerit, quam in *scrutinio* **per secreta schedularum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi praesentium, uno insuper addito suffragio; vel per viam** *compromissi* **ab omnibus Cardinalibus similiter in Conclavi praesentibus, nemine dissentiente, initi et ita ut nemo seipsum elegerit; vel quasi per** *inspirationem,* **nullo praecedente de persona speciali tractatu, omnium pariter Cardinalium praesentium in Conclavi, communiter, ne mine itidem dissentiente, per verbum «** *eligo* **» intelligibili voce prolatum aut scripto, si voce non potuerit, expressum; nulla sit et invalida eo ipso absque ulla declaratione, et ita electo nullum ius tribuat.**[2]

91. Quae de praecedentibus electionem et de ipsa electione Romani Pontificis hactenus dicta sunt, haec omnia servanda esse declaramus etiam si contingat vacationem Sedis Apostolicae occurrere per renuntiationem Summi Pontificis.

CAPUT VI

De iis, quae servanda vel vitanda sunt in electione Romani Pontificis

92. Simoniae crimen, tam divino quam humano iure detestabile, in electione Romani Pontificis omnino sicut reprobatum esse constat, ita et Nos reprobamus atque damnamus,[3] **huiusque criminis reos poena excommunicationis latae sententiae innodamus; sublata tamen irritatione electionis simoniacae, quam Deus avertat, a Iulio II (vel alio qualicumque decreto pontificio) statuta, ut praetextus amputetur impugnandi valorem electionis Romani Pontificis.**

93. Item sub eadem poena excommunicationis latae sententiae prohibemus ne quis, etiamsi Cardinalatus honore fulgeat, vivente Romano Pontifice et eo inconsulto, tractare de ipsius Successoris electione, aut aliquod suffragium polliceri, vel hac de causa privatis conventiculis factis aliquid deliberare et decernere praesumat.[4]

[1] **Greg. XV Const.** ***A ei emi Patris,*** **§17.**

[2] **Greg. XV Const.** ***Aeterni Patris,*** **§ 19.**

[3] **Iulii II Const.** ***Cum tam divino,*** **XJX kal. Febr. 1505.**

[4] **Symmaçhus Tapa in Synod. Rom., c. 2, D. 79; Pauli IV Const.** ***Cum secundum Apostolum,*** XVII **kal. Ian. 1558;** > •

, 94. Quae autem a Praedecessoribus Nostris et praesertim a Pio X[5] de civili *Veto* **seu** *Exclusiva,* **uti vocant, in electione Summi Pontificis edicta et sancita fuerunt, ut omni externo interventu remòto, plenae libertati in Summo Pastore eligendo consulatur, ea omnia, hic omni ex parte atque integré renovantes, confirmata esse volumus. Quamobrem iterum in virtute sanctae oboedientiae, sub interminatione divini iudicii et poena excommunicationis latae sententiae, omnes et singulos S'. R. E. Cardinales, tam praesentes quam futuros, pariterque Secre tarium S. Collegii Cardinalium aliosque omnes in Conclavi partem habentes, prohibemus ne, quovis praetextu, a quavis civili potestate munus recipiant** *Veto* **sive** *Exclusivam,* **etiam sub forma simplicis desiderii, proponendi, ipsumve hoc** *Veto,* **qualibet ratione sibi cognitum, patefaciant sive universo Cardinalium Collegio simul congregato, sive singulis purpuratis Patribus, sive scripto, sive ore, sive directe ac proxime, sive oblique ac per alios, sive ante Conclave sive ipso perdurante. Quam prohibitionem extendi volumus ad omnes interventus, intercessiones aliosque modos quoslibet, quibus laicae potestates euiusli bet gradus et ordinis voluerint sese in Pontificis electione immiscere.**

95. Cardinales praeterea abstineant ab omnibus pactionibus, con-[1] ventionibus, promissionibus aliisque quibuscumque obligationibus, quibus adstringi possint ad suffragium alicui vel aliquibus dandum vel non dandum; quae omnia et singula, si de facto intervenerint, etiam iureiurando adiecto, nulla et irrita, neque ad eorum observantiam quemquam teneri decernimus, et contra facientes ex nunc latae sententiae excommunicationis poena innodamus. Tractatus tamen pro electione habendos, Sede vacante, vetare non intelligimus.[2]

96. Pariter interdicimus ne Cardinales, antequam ad electionem deveniant, capitula conficiant, seu quaedam communi consensu statuant^ ad quorum observantiam sese adstringant, si ad Pontificatum assumantur; quae item, si de facto intervenerint, etiam iureiurando adiecto, nulla et irrita declaramus.[3]

97. Iisdem denique, quibus Decessores Nostri, vocibus, S. R. E. Cardinales vehementer hortamur ut in eligendo Pontifice, nulla propensione animi vel aversione ducti, nullius inclinati gratia aut obsequio, non intercessione in saeculo potentium, non vi vel metu vel aura

[1] **Const.** ***Commissum Nobis,*** **20 Ian. 1904.**

[3] **Greg XV, cap.** ***Ubi periculum,*** **§ 4,** ***de elect.,*** **I, 6 in Sext. ; Pii IV Const.** ***In eligendis,*** **§ 26; Greg. XV Const.** ***Aeterni Patris,*** **§ 18.**

[3] **Pii IV Const.** ***In eligendis,*** **§ 3 ; Greg. XV Const.** ***Aeterni Patris, %*** **IS**

populari moti, sed unice Dei gloriam et Ecclesiae bonum prae oculis habentes, in eum sua vota conferant, quem universali Ecclesiae fructuose utiliterque gubernandae prae ceteris idoneum in Domino iudicaverint.[1]

98. Cum vero fideles non tam humanae industriae subsidiis, etsi sollicitae, inniti debeant, quam in humilis devotaeque orationis instantia sperare, huic adiicimus sanctioni, ut in omnibus civitatibus, ceterisque locis saltem insignioribus, ubi primum de Pontificis Obitu nuncium pervenerit, a Clero et populo, solemnibus pro eo exsequiis celebratis, singulis diebus (donec Romanae Ecclesiae de suo Pastore fuerit provisum) humiles assiduaeque preces fundantur ad Dominum, ut Ipse, qui concordiam facit in sublimibus suis, sic efficiat eorumdem Cardinalium corda in eligendo concordia, ut provisio celeris, unanimis et utilis (prout animarum salus exigit, et totius orbis requirit utilitas) ex ipsorum unanimitate sequatur. Et ne tam salubre praesentis sanctionis edictum, ignorantiae negligi praetextu contingat, praecipimus ut Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et alii Ecclesiarum Praelati, ceterique, quibus oflicium est enuntiare verbum Dei, Clerum et populum, propter hoc specialiter frequentius congregan-i dos, in suis sermonibus ad supplicum precum suffragia pro celeri et felici exitu tanti negotii frequentanda solerter excitent, et ipsis eadem auctoritate non solum orationum frequentiam, sed observantiam (prout circumstantiae pensandae suaserint) ieiuniorum hortentur.[2] '

99. Electum vero haeredem et Successorem Nostrum rogamus, ne muneris arduitate deterritus ab eodem subeundo se retrahat, at potius divinae voluntatis consilio humiliter se subiiciat : nam Deus qui imponit onus, manum etiam Ipse supponetene ei ferendo sit impar; is enim qui oneris est auctor, Ipse est administrationis adiutor; et ne sub magnitudine gratiae succumbat infirmus, dabit virtutem qui contulit dignitatem. [3]

[1] **Greg. X, cap. 3, *Ubi periculum,* § 4, *de elect.,* I, 6 in Sext. ; Pii IV Const. *In eligendis,* § 26; Greg. XV Const. *A eterni Patris,* § 23; Clem. XII Const. *Apostolatus officium,* § *5;* Pii IX Const. *Licet per Apostolicas,* vi Idus Sept. 1874; Leonis XIII Const. *Praedecessores Mostri;* Pii X Const. *Commissum Nobis.***

[2] **Greg. X, cap. 3, *Ubi periculum,* § 5, *de elect.,* I, 6 in Sext.**

*** Leonis XIII Const. *Praedecessores Nostri.***

CAPUT VIT

De acceptatione et proclamatione electionis nec non de consecratione et coronatione novi Pontificis

100. Post electionem canonice factam, ab ultimo Cardinali Diacono accitis in aulam Conclavis S. Collegii Secretario, Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum atque duobus Caeremoniarum Magistris, consensus electi per Cardinalem Decanum nomine totius S. Collegii Iiis verbis: *Acceptasne electionem de te canonice factam in Summum Pontificemt* **requiratur.**[1]

101. Hoc consensu praestito intra terminum, quatenus opus sit, prudenti arbitrio Cardinalium per maiorem votorum numerum determinandum, illico electus est verus Papa, atque actu plenam absolutamque iurisdictionem supra totum orbem acquirit et exercere potest.[2] **Hinc, si quis litteras super negotiis quibuscumque confectas, quae a Romano Pontifice ante cöronationem suam emanaverint, audeat impugnare* excommunicationis sententia, ipso facto incurrendae, eum innodamus.**[3]

102. De acceptatione novi Pontificis et de nomine ab Eo assumpto, Cardinali Decano interrogante: *Quo nomine vis vocari?* **instrumentum conficitur, Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum Notarii munere fungente, testibus adhibitis Secretario S. Collegii et duobus Caeremoniarum Magistris.**

103. Deinde, actis de more agendis, iuxta Caeremoniale Romanum,. Cardinales primam « *adorationem* **» Summo Pontifici Electo de more exhibent : qua expleta et hymno** *Te Deum* **decantato, populo expectanti novus Romanus Pontifex a Priore Cardinalium Diaconorum publicatur/ pauloqué post ipse Pontifex Apostolicam Benedictionem** *Urbi et Orbi* **impertit. Sequitur deinde secunda «** *adoratio* **», quam, cappis violacei» induti, Cardinales peragunt.**

104. Si Electus extra Conclave degit, normae sunt observandae quae habentur in Caeremoniali Romano lib. I, tit. 1, *De Conclavi et Electione Papae* **§ 37.**

105. Omnibus tandem rite expletis, de mandato novi Pontificis aperitur Conclave, tum intus, tum extra ; huiusque aperturae consuetum

[1] **Caeremoniale Rom., lib. I, tit. I,** ***de Conclavi et Electione Papae,*** **§ 84.**

[2] **Cod. I.** ***C,*** **can. 219.**

[3] **Clem. V, cap. 4,** ***De seni, excomm.,*** **V, 10 in Extravag. comm**

*** Caerem. Rom., lib. I, tit. I,** ***de Conclavi et Electione Papae,*** **§ 35; Cod: I. C,, can. 239, § 3.**

conficitur instrumentum ut de clausura sancitum est superiori n. 56. Aperto autem Conclavi illi admittuntur gui, de more, electo Pontifici pro adoratione introduci solent.

106. Ad tertiam adorationem peragendam Cardinales ab Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto erunt intimandi cum Summus Pontifex statuerit.

107. Quod si electus nondum sit Presbyter vel Episcopus, a Decano. S. Collegii **Cardinalium, qui tunc pallio utitur, ordinabitur et consecrantur r[1] quod privilegium, absente Cardinali Decano, competit Subdecano, eoque etiam absente, antiquiori Cardinali Episcopo suburbicarios**

108. Tandem per Cardinalem Protodiaconum Pontifex coronatur, * «t cum Sibi placuerit Patriarchalis Archibasilicae, Lateranensis, possessionem, ritu praescripto, capit.

Haec igitur, tota rei causa graviter considerata, atque etiam Decessorum Nostrorum exemplis permoti, statuimus et praescribimus, decernentes praesentes has Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet in praemissis ius vel interesse habentes, vel habere praetendentes quomodolibet illis non consenserint, nec ad ea vocati sive auditi fuerint, aut ex quibuslibet aliis causis, impugnari minime posse, sed easdem -semper ac perpetuo firmas, validas et efficaces exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac iis ad quos spectat et pro tempore spectabit suffragari, et ab ei> Tespective et inviolabiliter observari debere, ac irritum et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate,- scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Volumus etiam Nostras has Litteras legi coram omnibus in primis Congregationibus post obitum Pontificis haberi solitis, ut supra (n. 12 *a);* **rursus post ingressum in Conclave, ut supra {n. 51); item cum quis ad purpurae honorem fuerit evectus, interposito sacramento de religiose retinendis iis, quae in praesenti Constitutione decreta sunt.**

[1] **Caerem. Rom., lib. I, tit. II,** ***De ordin, et consecrat, novi Pontificis,*** **§ 13.**

[2] **Cod. I. C, can. 239, § 2.**

*** Caerem. Rom., lib. I, tit. II,** ***De ordin, et consecrat, novi Pontificis,*** **§ 18.**

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa :

30 agosto 1943. Al sig. Salvatore Cupello, dell'arehidiocesi di Caracas.
» » » Al sig. Luigi Sosa Baèz, della medesima archidiocesi.
26 novembre 1944. Al sig. dott. Aleardo Tetrault, della diocesi di Trois-Rivières.
» » » Al sig. dott. Augusto Massicotté, della medesima diocesi.
» » » ÀI sig. avv. Giorgio Emilio Ladouceur, della medesima diocesi.
7 gennaio 1945. Al sig. Giuseppe De La Mo the, dell'arehidiocesi di Porto di Spagna.
25 maggio » Al sig. Gabriele Colombe, dell'arehidiocesi di Avignone.
27 agosto » Al sig. Antonio Lombardi, della diocesi di Nola.
» » » Al sig. Francesco Lombardi, della medesima diocesi.
21 dicembre » Al sig. prof. Giorgio Caragatza (Romania).
» » » Al sig. ing. Ruggero Slaniceano (Romania).
4 aprile 1946. Al sig. Giuseppe Suti, della diocesi di Rosario.
» » » Al sig. Giovanni Francesio, della medesima diocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa :

28 settembre 1942. Al sig. Pietro Marello, dell'arehidiocesi di Bogota.
31 gennaio 1944. Al sig. Pietro Crespi, dell'arehidiocesi di La Paz.
19 » 1946. Al sig. Fausto Palazzoli (Roma).
2 aprile » Al sig. Paolo Palombi (Roma).
4 » » Al sig. aw. Giovanni Bessone, della diocesi di Rosario.
» » » Al sig. Bartolomeo Morra, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Pietro Beltramino, della medesima diocesi.

An. et vol. XXXTffl 1 Iunii 1946 (Ser.H, v.XIII)-Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

IMPOSITIO GALERI RUBRI PATRIBUS CARDINALIBUS

Feria vi, die xvn mensis Maii anno MCMXLVI**, Summus Pontifex, sueto ritu, Galerum rubrum Pontificalem tradidit Emis et Revmis Cardinalibus Iulio Saliège, Archiepiscopo Tolosano, atque Iosepho Mariae Caro Rodríguez, Archiepiscopo S. Iacobi in Chilia, in Consistorio secreto diei** XVIII **mensis Februarii vertentis anni creatis, eisdemque Emis Patribus respective Titulum S. Pudentianae ac Diaconiam S. Mariae Sca-^ laris, pro hac vice in Titulum evecfcam, assignavit.**

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DUBUQUENSIS-OMAHENSIS

CATHEDRALIS ECCLESIA OMAHENSIS A METROPOLITICO ECCLESIAE DUBUQUENSIS IURE SOLVITUR ET IN NOVAM METROPOLITANAM ECCLESIAM ERIGITUR, CUI SUFFRAGANEAE CONSTITUUNTUR ECCLESIAE CATHEDRALES LINCOLNENSIS ET INSULAE GRANDIS, HUCUSQUE DUBUQUENSI ECCLESIAE SUFFRAGANEAE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Universi dominici gregis regimen Nobis licet immerito divinitus commissum postulat ut hierarchicus dioecesium ordo aliter ordinetur, quoties id ad cleri populique disciplinam satius provehendam et ad animarum salutem facilius procurandam conferre videatur. Cum itaque ecclesiastica Dubuquénsis provincia territorii extensione latissime pateat, per-

opportunum Nobis visum est venerabilium Fratrum buius provinciae Ordinariorum petitionem excipere, qui postulaverunt, ut ecclesiastica provincia illa bipartiatur et nova exinde provincia erigatur. De venerabilium igitur Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum consulto, habito quoque venerabilis Fratris Hamleti Ioannis Cicognani, Archiepiscopi titularis Laodicensis in Phrygia et in Statibus Foederatis Americae Septemtrionalis Delegati Apostolici, favorabili voto, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis ac certa scientia, apostolicae potestatis Nostrae plenitudine Omahensem Cathedralem Ecclesiam a metropolitico archiepiscopalis Ecclesiae Dubuquensis iure solvimus et ad Metropolitanae Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus et extollimus, eique eiusque pro tempore Archiepiscopis omnia et singula tribuimus iura, privilegia, insignia, honorés et praerogativas, quibus ceterae per orbem metropolitanae Ecclesiae earumque Antistites ad iuris communis normam fruuntur et gaudent. Archiepiscopis insuper peculiarem concedimus facultatem crucem intra suae provinciae limites ante se ferendi, et sacro Pallio iuxta liturgicas leges utendi, postquam tamen illud in sacro consistorio rite postulaverint et obtinuerint. Item eamdem metropolitanam Ecclesiam eiusque pro tempore Archiepiscopos iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceterae metropolitanae Ecclesiae earumque Praesules iure communi adstringuntur. Ab ecclesiastica insuper provincia Dubuquensi dioeceses Lincolnensem et Insulae Grandis abstrahimus et eas suffraganeas constituimus novae quam supra diximus metropolitanae Ecclesiae Omahensi, earumque pro tempore Antistites metropolitico Archiepiscopi Omahensis iuri subiicimus. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta exsecutioni mandanda praefatum venerabilem Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani, in Statibus Foederatis Americae Septemtrionalis Delegatum Apostolicum, deputamus eidemque necessarias et ad id opportunas tribuimus facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum et onus ipsi impohimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad Sacram Congregationem Consistorialem quamprimum fieri poterit transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint vel praemissis non consenserint, nullo umquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, de-

fectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emana tas, perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his, a quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum prorsus et inane esse et fore vo^ lumus ac decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque conciliis editis, generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, subiectionis, concessionis, statuti, mandati, decreti, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo quinto, die vicesima octava Iulii mensis, Pontificatus Nostri anno septimo.

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus S. Collegii

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

Alfonsus Carinci, *Decanus Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXIX, n. 96. — **Al. Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

SANCTUS ANTONIUS PATAVINUS, CONFESSOR, ECCLESIAE UNIVERSALIS DOCTOR DECLARATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Exulta, Lusitania felix; o felix Padua, gaude; tantum enim genuistis terrae caeloque, haud imparem micanti sideri, virum, qui non solum sanctitudine vitae miraculorumque inclyta fama, sed etiam doctrinae caelestis effuso splendore coruscans, orbem universum illuminavit, et adhuc fulgentissima luce collustrat. A christianis parentibus, nobilique genere claris, Ulissipone, civitate Lusitaniae principe, ortum, innocentiae atque sapientiae seminibus a Deo omnipotenti fuisse donatum abunde, a primo propemodum eius diluculo vitae ex pluribus indubiisque signis facile conici potuit. Adulescentulus adhuc, apud Canonicos Regulares Sancti Augustini indutus humili sago, undecim per annos religiosis virtutibus animum instruere, mentemque caelestis doctrinae thesauris ditare sategit. Sacerdotio deinceps, aeterni Numinis gratia, feliciter auctus, dum perfectioris vitae rationem aucupatur, Protomartyres Fratres Minores quinque sodales, in sacris Marrochii expeditionibus, roseas Seraphici Ordinis auroras tinxerunt sanguine suo. Quo gavisus fidei christianae glorioso triumpho, ardentissimo Antonius martyrii exarsit amore, et, navi profectus gaudens Marrochium versus, longinquas Africae felix attigit oras. Sed paulo post gravi morbo correptus, iterum navim ascendit in patriam reversurus, sed tempestate saevissima maris oborta, ventorum vi hinc inde iactatus in undis, compulsus ad Italiae, sic disponente Deo, exstrema littora fuit. Illic autem ignotus cum omnibus esset, nec quemquam agnosceret ipse, assisiatem urbem petere cogitavit, in quam complures nuper convenerant sui Ordinis sodales atque magistri. Quo cum pervenisset, Franciscum Patrem summa laetitia agnovit, cuius dulcis aspectus tali tantaque eum suavitate perfudit ut animum eius seraphici spiritus ardentissimo infiammaverit aestu. Cum vero doctrinae caelestis Antonii, iam longe lateque fama percrebuerit, Seraphicus Patriarcha, de ea certior factus, Antonio docendi Fratres munus committere voluit, verbis usus, in scribendo, suavissimis illis: *«Antonio Episcopo meo, Frater Franciscus salutem. Placet mihi quod sacram Theologiam legas Fratribus, dummodo inter huiusmodi studium sanctae orationis et devotionis spiritum non extinguas, sicut Regula continetur* **». Hoc magisterii officium adamussim explevit Antonius, qui Lecto-**

rum omnium exstitit seraphico in Ordine primus. Bononiae in urbe docuit, studiorum principe sede; dein Tolosae, postremo Monte Pessulano ; harum utraque studiorum clarissima in urbe. Edocuit Fratres Antonius, fructusque collegit uberrimos, neque oratio deferbuit, prout Seraphicus Patriarcha praeceperat ei. Quin etiam non verbi magisterio solum, sed exemplo quoque sanctissimae vitae, suos Patavinus instituendos curavit alumnos, puritatis praesertim candidissimum tuitus florem. Quantum vero earum id Immaculato fuerit Agno, haud omisit pluries nostro patefacere Deus. Frequenter enim dum solus in sua tacita cella, stat, orans, Antonius, dulciter in Caelo oculis animoque defixus, en subito Iesus Infans, fulgentissimo radians lumine, collum Franciscalis iuvenis tenellis amplectitur ulnis, ac, leniter arridens, puerilibus blanditiis cumulat Sanctum, qui, abstractus a sensibus, et Angelus ex homine factus, cum Angelis et cum Agno, nunc « *pascitur inter lilia* » (Oant., II, 16). Quantam autem lucem Antonii doctrina diffuderit, haud aliter quam verbi divini praeconium, aequales recentioresque uno testantes assensu, sapientiam eius amplissimis ornant laudibus et sacram dicendi vim ad sidera extollunt. Si quis vero Patavini « Sermones » attente perpenderit, Sacrorum voluminum peritissimus Antonius apparebit; in perscrutandis dogmatibus theologus eximius; in asceticis quoque tractandis ac mysticis rebus insignis doctor atque magister. Quae omnia, quasi thesaurus quidam artis divinae dicendi, haud exiguam opem, praesertim Evangelii praeconibus, suppeditare valent; ditissimumque quoddam veluti aerarium constituunt, e quo potissimum sacri oratores, ad veritatem tutandam, ad propulsandos errores, ad haereses refellendas, ad perditorum hominum animos in semitam rectam revocandos, haurire abunde argumenta validissima queunt. Quoniam vero Antonius frequentissime usus est testibus sententiisque ex Evangelio depromptis, iure meritoque « Doctoris Evangelici » nomine dignus apparet. Ex hoc nimirum, quasi profluentis aquae fonte perenni, haud pauci Doctores Theologi et verbi divini praecones iugiter hauserunt hodieque largiter hauriunt, quippe cum Antonium magistrum existiment, eumque habeant Sanctae Ecclesiae Doctorem. Quo quidem in proferendo iudicio, ipsi Bomani Pontifices auctores auspicesque fuere, ac suo ipsorum exemplo antecesserunt. Etenim Xistus IV, in Litteris Apostolicis *Immensa>* die XII **mensis Martii, anno** MCCCCLXXH **datis, haec scriptis tradidit suis; « Beatus Antonius de Padua, veluti oriens ex alto, splendissimum sidus efiulsit, qui, suis amplissimis meritorum virtutumque praerogativis, profunda divinarum rerum sapientia et doctrina ac ferventissimis praedicationibus orthodoxam fidem nostram catholicamque Ecclesiam illustra-**

vit, ornavit, stabilivit ». Itidem Xistus V in Litteris Apostolicis sub plumbo datis die xiv mensis Ianuarii anno MDLXXXVI **ita scripsit : « Beatus Antonius Ulyssiponensis, eximiae sanctitatis vir fuit..., divina praeterea imbutus sapientia ». Proximus autem Decessor Noster, Pius Papa XI, rec. mem., in Epistola Apostolica** *Anton-tana sollemnia* **septimo exeunte saeculo a felici B. Antonii transitu die i mensis Martii, anno** MDCCCCXXXI **data, ad Excmum P. D. Eliam Dalla Costa, Patavinum Episcopum, nunc S. R. E. Cardinalem Florentinorum Archiepiscopum, divinam extollit sapientiam illam, qua, praeditus abunde, magnus hic Franciscalis Apostolus, integritatem Evangelii sanctitatemque instaurare contendit. Sed ex Epistola eadem Decessoris Nostri aptissima haec renovare verba iuvabit : « Thaumaturgus Patavinus procellosam aetatem suam, profligatis passim moribus infectam, christiana collustravit sapientia, ac veluti suae virtutis suavitate perfudit... (In Italia) potissimum apostolica eius vis ac navitas inclaruit ; hic impensissimo, ab eo exantlati labores ; at in Galliae etiam provinciis bene multis, quandoquidem omnes Antonius, Lusitanos nempe suos, Afros, ítalos, Gallos, quotquot denique catholica veritate indigere intellexisset, nullo habito gentis nationisque discrimine actuoso studio suo complectebatur. In haereticos autem, Albigenses scilicet, Catharos et Patarenos, eo tempore paene ubique furentes ac germanae fidei lumen in christifidelium animis restinguere conantes, tam strenue feliciterque decertavit, ut « haereticorum malleus» iure merito nuncuparetur ». Nec praetereunda, quin etiam maximi habenda est ponderis atque momenti, laus summa quam Gregorius Pp. IX, qui concionantem audierat Antonium eiusque admirabilem conversationem expertus fuerat, Patavino tribuere voluit, « Aream Testamenti » et u Sacrarum Scripturarum scrinium » illum appellans. Memoratu pariter dignissimum esse videtur, quod, die ipsa xxx mensis Maii anno** MCCXXXII^ **qua Thaumaturgus Patavinus cooptatus in Sanctorum Caelitum numerum fuit, mensibus vix undecim a beato transitu emensis, Antonii Canonizatione sollemni Pontificali ritu peracta, Gregorium Antiphonam Sanctorum Doctorum Ecclesiae propriam elata voce canendo recitasse tradunt : « O doctor optime, Ecclesiae Sanctae lumen, beate Antoni divinae legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei». Ex quo factum est ut vel ab initio in sacra Liturgia cultus Sanctorum Doctorum Ecclesiae proprius Beato Antonio tribui coeptus sit, inserta in eius honorem Missa de Doctoribus in Missali « secundum consuetudinem Romanae Curiae ». Quae porro Missa, etiam post emendationem anno** MDLXX **a Sancto Pio V in Kalendario peractam, ad nostra usque tempora apud Franciscales Familias universas, atque Patavinae dioe-**

céseos nec non Lusitanae ac Brasiliensis ditionum apud clerum utrumque, adhiberi haud destitit unquam. Factum praeterea est, ex iis quae reseravimus ante, ut, vixdum Sanctorum Caelitum honoribus Antonio decretis, ita pingi sculpive eius imagines coeperint, ut eaedem Franciscanum magnum Apostolum Christifidelium pietati excolendum proponerent, altera manu, vel prope, librum habentem apertum, sapientiae doctrinaeque indicem, flammam altera, fidei ardoris symbolum, manu tenentem. Nihil mirum igitur si complures, nedum ex Seraphico Ordine qui in suis conventibus generalibus pluries vota deprompsit ut Doctoris cultus, Patavino Thaumaturgo per saecula tributus, confirmaretur et ad universam Ecclesiam extenderetur, sed ex omnibus coetibus viri clarissimi ardentissima haec desideria sua detegere non dubitaverit. Quae vota cum, septingentésimo vertente anno a beato Antonii transitu eidemque caelestibus decretis honoribus quam maxime adaucta sint,.'Franciscanum Minorum Ordo proximo Deçessori Nostro rec. mem. Pio Pp. XI, nuperrime vero etiam Nobismet Ipsis enixas postulationes adhibuit ut in numerum Sanctorum Ecclesiae Doctorum Antonium rite réferre velimus. Cum praeterea huiusmodi vota tum S. R. E. Purpurati Patres, tum Archiepiscopi atque Episcopi quam plurimi, nec non Religiosorum Ordinum seu Congregationum Praelati aliique doctissimi viri, sive e clero sive e popularibus, sive, denique, e Studiorum Universitatibus atque Institutis Coetibusque, suis ipsorum suffragiis auxerint et cumulaverint, Nos Romanae Sacrae Ritibus tuendis Congregationi tanti momenti rem opportunum «pro voto» committere duximus. Quae quidem Sacra Congregatio mandato Nostro naviter de more obtemperans, viros ad rem accurate examinandam idoneos « ex ofi&cio » delegit. Eorundem itaque exquisitis obtentisque suffragiis separatis, atque etiam praelo impressis, illud tantum supererai, ut qui eidem Congregationi sunt praepositi rogarentur an, consideratis tribus quae post rec. mem. Decessorem Nostrum Benedictum Pp. XIV in Ecclesiae universalis Doctore enumerari solent requisitis : insigni, nempe, vitae sanctitate, eminenti caelesti doctrina, nec non Summi Pontificis declaratione, procedi posse censerent ad S. Antonium Patavinum Ecclesiae universalis Doctorem declarandum. In ordinario autem conventu die xn mensis Iunii, anno MDCCCCXLV **in Aedibus Vaticanis habito, End S. R. E. Cardinales Sacrorum Rituum Congregationi praepositi, a Dilecto Filio Nostro Raphaële Carolo S. R. E. Presbytero Cardinali Rossi, Sacrae Congregationis Consistorialis a Secretis et huius causae Ponente, debita rerum relatione facta, audito quoque dilecto filio Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, consenserunt. Quae cum**

ita sint, nos, Franciscanum omnium ceterorumque suffragatorum votis ultro libenterque concedentes, praesentium Litterarum -tenore, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, Sanctum Antonium Patavinum, Confessorem, Ecclesiae Universalis Doctorem constituimus, declaramus. Non obstantibus constitutionibus atque Ordinationibus Apostolicis ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet. Haec edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super bis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Ianuarii, in festo Protomartyrum Franciscanum, a. MDCGCCXLVI^ **Pontificatus Nostri septimo.**

PIUS PP. XII

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. DYONISIUM TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM DOUGHERTY, ARCHIEPISCOPUM PHILADELPHIENSEM, QUINQUE ET VIGINTI ANTE ANNOS IN SUPREMUM ECCLESIAE SENATUM! FELICITER RELATUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — In secundo Nostri Pontificatus anno, quum ipse dena a suscepto sacerdotio lustra feliciter perageres, complura tua ac praeclara erga Ecclesiam inque civilem consortionem merita suavi memoria repetentes, iucundos intimosque animi Nostri sensus tibi perlibenter patefecimus. Nunc autem, exeunte quinto ac vicesimo anno, ex quo Decessor Noster fel. rec. Benedictus XV ad amplissimum Ecclesiae Senatum te cooptavit, nova Nobis praebetur facultas laetitiam tuam tuorumque fidelium Nostra auctoritate cumulandi et laeti eventus celebrationem secundissimis votis prosequendi. Manifesta enim est pastoralis sollicitudo, qua in gregis tibi commissi utilitatem profectumque iugiter incumbís, itemque inter ceteras virtutes flagrans caritate liberalitas, qua inopiam et angustias tenuiorum hominum ubique commorantium, per Apostolicam quoque hanc Sedem, subie-

vare non désinis. Quapropter tibi, Dilecte Fili Noster, de proxima faustitate benignissimo laetoque animo gratulamur, simulque Deum impensa prece exoramus, ut incolumem te vegetumque seros servet in annos, supernis donis fructibusque uberrimis exornatos. Quo autem sollemnia proxima utiliora populo tuo evadant, tibi ultro potestatem tribuimus, ut, die constituta, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Caelestium interea munerum praenuntia et conciliatrix peculiarisque Nostrae caritatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, Episcopo tuo Auxiliari cunctoque clero ac populo tuae vigilantiae concredito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxvi mensis Ianuarii,,, anno MDCCCCXXXXVI, **Pontificatus Nostri septimo.**

PIUS PP. XII

II

AD EMUM P. D. FRIDERICUM TIT. SANCTAE MARIAE DE VICTORIA, S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM TEDESCHINI, PATRIARCHALIS BASILICAE VATICANAE' ARCHIPRESBYTERUM, SACRI CONSILII PETRIANAE FABRICAE PRAEFECTUM EUMDEMQUE SUMMI PONTIFICIS DATARIUM, QUINQUAGESIMUM NATALEM SACERDOTII ITEMQUE QUINTUM ET VICESIMUM EPISCOPATUS ANNUM FELICITER EXPLENTEM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Suavi animi delectatione nuper comperimus, te proxime quintum ac vicesimum episcopatus tui natalem itemque annum a suscepto sacerdotio quinquagesimum fauste esse expleturum. Cuius quidem duplicis eventus commemoratio iucundam Nobis affert opportunitatem tibi publice confirmandi existimationem ac benevolentiam, quibus a primaeva iuventute, quum in aedibus hisce Vaticanis studium operamque Apostolicae Sedi una tribueremus, te semper prosecuti sumus. Neque igitur Nos latent diuturni sacri muneris tui curae et sollicitudines, quas fiorente sub aevo* in Officio publicis expediendis Ecclesiae negotiis alacri voluntate exercuisti, praesertim quum gravia Cancellarii a Brevibus et Substituti munera peregisti. Peculiari autem digna est memoratu ea sollertia atque industria, qua, bello initio huius saeculi in Europa acriter aestuante, suscepisti cum adiutoribus tuis turbas virorum ac mulierum huc undique con-

fluentes, de incerta carorum suorum sorte ac valetudine anxias et sollicitas. Tum sane amplitudo tuae caritatis maxime enituit, quum Decessori Nostro fel. rec. Benedicto XV in sanandis vel leniendis belli vulneribus operam constantem fidelemque ipse impendisti. Interea catholicae in Italia iuventuti advigilare atque adesse studebas. Quum vero tibi archiepiscopali dignitate aucto Apostolici Nuntii in Hispania partes traditae sunt, omnia studia et consilia in nobilis illius nationis utilitatem atque in Actionem praecipue Catholicam fovendam diu contulisti. Quae quidem inter cetera tua erga Ecclesiam merita Pius XI ven. mem. Decessor Noster aeque perpendens, te in amplissimum Romanae Ecclesiae Senatum cooptare atque ad munus Datarli evehere benigne voluit. Nos autem, qui plura tibi iam existimationis documenta dedimus, praecipue quum in primordiis Nostri Pontificatus Archipresbyteri dignitatem in Patriarchali Basilica Vaticana, antea Nobis concreditam, demandavimus, nunc, geminatae istius laetitiae commodam nacti occasionem, tibi de sacro ministerio tam diu utiliterque gesto ex animo gratulamur, felicissima quaeque et saluberrima a Domino adprecantes. Horum interea donorum auspicem praecipuaeque Nostrae caritatis testem, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, cuncto Basilicae Vaticanae clero tuisque laborum sociis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die x x x **mensis Aprilis, anno** MDCCCCXxxxvi, **Pontificatus Nostri octavo.**

PIUS PP. XII

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

ROMANAE - PORTUENSIS et S. RUFINAE

DECRETUM

DE FINIUM DIOECESIUM IMMUTATIONE

Romanus populus quum, hisce praesertim novissimis temporibus, frequentior evasisset, ipsaque sic aucta Romana Civitas adhuc augescens in dies videretur, novum Coemeterium nuper constitutum est, quod necessitati par esset ac angustiis veteris ad S. Laurentii in agro Verano iuxta viam Tiburtinam apte moderetur. Ad hoc, autem, selectum est territorium iuxta viam Flaminiam, non longe ab Urbe, sed existens intra limites paroeciae vulgo *Prima Porta* **quae ad flnitimam suburbicariam dioecesim Portuensem et S. Rufinae pertinet. Insuper media inter Romanae dioecesis fines et praedictae paroeciae** *Prima Porta* **altera exstat paroecia vulgo** *Grotta Rossa,* **quae pariter ad dioecesim suburbicariam Portuensem et S. Rufinae pertinet; utraque vero paroecia civili Urbis ditioni subest.**

Proinde Emus et Revmus D. Franciscus S. R. E. Cardinalis Marchetti Selvaggiani, Episcopus Tusculanus necnon Ssmi Domini Nostri Papae Vicarius in spiritualibus Generalis, optime ratus plurimum conferre expeditiori observantiae ecclesiasticae disciplinae si, uti ubique locorum, et novum Romanorum Coemeterium iurisdictioni Vicariatus Urbis subiiciatur, a Sancta Sede expostulavit ut territorium quod complectitur sive paroeciam *Prima Porta* **cum novo Coemeterio, sive contiguam paroeciam** *Grotta Rossa* **a dioecesi suburbicaria Portuensi et S. Rufinae distraheretur et dioecesi Romanae attribueretur.**

Itaque Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XII, rei opportunitate perspecta, de consilio Emi ac Revmi Cardinalis S. C. Consistorialis Secretarii, precibus benigne annuendum censuit, ac porrectam petitionem excipiendam. Quapropter, suppleto quatenus opus sit quorum-

eamque interesse habentium vel habere praesumëntium consensu, praesenti Consistoriali Decreto perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo* Litterae expeditae forent, statuit ut memoratum territorium paroeciarum *Prima Porta* **cum novo Coemeterio et** *Grotta Rossa* **a dioecesi suburbicaria Portuensi et S. Rufinae seiungatur et Romano districtui aggregetur mutatis hac ratione utriusque dioecesis finibus.**

Ad haec denique exsecutioni mandanda Sanctissimus Dominus Noster ^ deputare dignatus est eundem Cardinalem in Urbe Vicarium in spiritualibus Generalem, ipsi Emo Viro tribuens facultates necessarias et opportunas etiam subdelegandi quemlibet ecclesiasticum in dignitate constitutum, factoque Illi onere quamprimum transmittendi ad S. Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibusvis minime obstantibus etiam particulari mentione dignis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 5 **Ianuarii 1946.**

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L , $ S.

B. Renzoni, *Adsessor-*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die ll{ Martii 19 iß. — **Cathedrali Ecclesiae Muranae praefecit Rev. D. Iacobum Palombella, Canonicum theologum et Parochum ecclesiae praelatitiae Aquaevivensis.**

die 22Martii. — **Cathedrali Ecclesiae Caesenatensi R. D. Vincentium: Gili, Praepositum Parochum oppidi « Volpiano » in archidioecesi Taurinensi.**

die 25 Martii. — **Cathedrali Ecclesiae Lublinensi R. D. Stephanum Wyszynski, professorem in Seminario maiore Vladislaviensi.**

— **Cathedrali Ecclesiae Tarnoviensi R. D. Ioannem Stepa, Rectorem Seminarii Leopoliensis Latinorum.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Lystrensi R. P. Petrum Villa, e Congregatione Filiorum S. Cordis Iesu, quem deputavit Auxiliarem Emi ac**

Revmi Domini Eugenii Episcopi Suburbicarii Portuensis et S. Rufinae S. E. E. Cardinalis Tisserant.

die 30 Martii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Marcianensi R. D. Rosaivum Costa Rego, Vicarium Generalem archidioecesis S. Sebastiani Fluminis Ianuarii, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi Domini Iacobi S. R. E. Cardinalis de Barros Cámara, Archiepiscopi eiusdem metropolitanae Ecclesiae.**

die 3 Aprilis. — **Cathedrali Ecclesiae Brunensi, R. D. Carolum Skoupy, Rectorem Seminarii maioris dioecesis Brunensis.**

die 6 Aprilis. — **Titulari episcopali Ecclesiae Elatensi Exc. P. D. Ioannem Cody, hactenus Episcopum dioecesis Victoriensis in Insula Vancouver, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Ioannis Thomae Kidd, Episcopi Londonensis.**

die 13 Aprilis. — **Metropolitanae Ecclesiae Armachanae Exc. P. D. Ioannem D'Alton, hactenus Episcopum Midensem.**

die **£7** *Aprilis.* — **Titulari episcopali Ecclesiae Cimaeae R. D. Iacobum Scanlan, Cancellarium Curiae Archiepiscopalis Westmonasteriensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Ioannis Toner, Episcopi Dunkaldensis.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Limatensi R. D. Ioannem Raphaelem Hagan, moderatorem dioecesanum Scholarum in civitate «** *Cleveland ».*

die 8 Maii. — **Cathedrali Ecclesiae Crotonensi R. D. Petrum Raimondi, Canonicum Capituli cathedralis Cassanensis.**

die 11 Maii. — **Cathedrali Ecclesiae Linciensi Exc P. D. Iosephum •Calasanctium Fliesser, hactenus Episcopum tit. Gargarenum.**

die lk Maii. — **Metropolitanae Ecclesiae Ianuensi Exc. P. D. Iosephum Siri, hactenus Episcopum titularem Liviensem.**

SACRA CONGREGATIO RITUUM

ROMANA seu BERGOMEK

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI MARIAE TERESIAE ETJSTOCHIO VERZERI, FUNDATRICIS INSTITUTI FILIARUM SACRATISSIMI CORDIS IESU.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur

Ad quantam christiani animi perfectionem Venerabilis Maria Teresia Eustochio Verzeri pervenerit, Sacra Rituum Congregatio, Pio XI fel. rec. approbante, per decretum, die 2 Aprilis anno 1922 latum, quo virtute» eius heroicitatis apicem attigisse edicitur, declaravit.

Et iure merito : sacratissimi enim Cordis Iesu gloriam unice discupiens, activam vitam cum iugi contemplatione coniungens, mirabile in utraque vitae ratione acquisitae sanctitatis exemplum ostendit.

Profundissimae sui deiectionis, acerrimae paenitentiae, sagacis prudentiae ac fortitudinis, ardentissimae caritatis cunctisque vita officiis aequabilis imperturbati animi, etsi diros patiebatur angores, stupenda specimina exhibuit, praesertim *in ^Filiarum Sacratissimi Cordis Iesu* **Instituto condendo, quod uberrimos Ecclesiae Dei fructus adhuc quoque affert.**

Virtutes hae, summo conamine a Serva Dei adeptae, tantam gloriam ac gratiam apud caelestem Sponsuru ei comparaverunt, ut eius deprecatio maxime efficax sit agnoscenda, uti patet ex pluribus beneficiis, eius interventione acceptis, inter quae nonnulla veri nominis miracula ; quibus duae, quae hic referuntur sanationes, quaeque ad Beatificationem obtinendam a sedulis actoribus proponuntur, sunt indubitanter accensendae.

I. Soror Maria Piróla, e Filiabus Sacratissimi Cordis Iesu in loco v. d. Darf o in dioecesi Brixien., a pluribus morbidi» phaenomenibus fuit affecta, e quibus graviora atque evidentiora tantum uti miraculi obiectum selecta sunt, nimirum : *Tuberculosis entero-péritonealis ac mesenterica in regione ileo-caecali intestini cum ajfectione renali;* **quae post septem circiter annos eam fere ad mortis limen adduxit; quam infaustam prognosim a merentibus edictam, tres Periti, a Sacra Congregatione adlecti, sine haesitatione confirmant.**

Iamvero, omnibus medicae artis remediis incassum cedentibus, fervidae ad Deum a consodalibus effusae sunt preces, ut, Venerabilis Verzeri intercessione, Ipse pristinam sanitatem infirmae restituere dignaretur.

Enixas bas preces Sacratissimum Cor Iesu mire exaudivit. Porro hora secunda diei 10 Iunii a. 1922, infirma, vix capta somno, veluti interna voce edocta, se perfectam sanitatem recuperasse persensit. Mane facto ad sacellum una cum sororibus accessit, sacraque synaxi refecta est ; tantum ostentum omnibus demirantibus. Tribus aut quatuor diebus-post, ad gravia adimplenda officia redivit. Exinde bona semper gavisa est valetudine, nec ullum reviviscentis praeteriti morbi indicium datum est invenire. Medens, tresque Officiales Periti miraculum intervenisse fatentur.

II. Duo medentes a curatione atque tres periti ex officio in diagnosi morborum, quibus Domina Maria Agnes Ranaldi, monialis professa, chorista Ordinis S. Benedicti in Monasterio S. Andreae, Arpini, in Sorana dioecesi, affecta fuit, plene concordant, h. e. *Lymphoadenites cervicalis, et osteo-periostites costalis tuberculares:* **concordant quoque in prognosi infausta edicenda, quatenus haec morborum syndrome, quae a tuberculosi veluti ab unica causa originem ducebat, gravis et curatu fere impossibilis erat, nullimode vero sanabilis intra paucorum dierum spatium. Porro die 24 Aprilis anni 1931 moniales pro sanatione, per Venerabilis Verzeri intercessionem impetranda, novendiales preces Deo effundere coeperunt. Altero ab his inceptis die, saniei fluxus ex fistulosis; sinibus fere cessavit ; die vero 2 Maii cetera quoque morborum reliqua omnino evanuerunt. Exinde Maria Agnes bona fruita est valetudine. Praeter ceteros testes, ambo medici a cura, tresque periti officiales, unanimi consensu sanationem hanc miraculo esse omnino tribuendam edicunt.**

Super his sanationibus in Congregatione Ordinaria particulari die 9 Aprilis a. 1940 de validitate Apostolicarum inquisitionum cum in Curia Brixiensi pro priori, tum in Sorana pro altero miraculo habitarum, est disceptatum, atque favorabile decretum die 17 eiusdem mensis editum est.

Antepraeparatoria Congregatio super utraque sanatione die 20 Iunii anni 1942, coram infrascripto Cardinali, S. R. C. Praefecto et Causae Ponente seu Relatore, habita est ; Praeparatoria vero die 14 Decembris insequentis anni: Generalis demum coram Ssmo D. N. Pio Papa XII, die 13 Novembris anni huius, in qua idem Cardinalis dubium posuit discutiendum : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum*

de quo agitur. **Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores suum quisque pandidit iudicium.**

Beatissimus vero Pater in hanc diem Dominicam sacri Adventus secundam, Decembris mensis nonam, ut suam proferret sententiam distulit, ut a Deo quid Ei placeret, férvidas interim preces effundens, cognosceret. Quapropter eumdem Cardinalem nec non R. P. Salvatorem JSTatucci, Fidei Promotorem generalem, meque Secretarium advocari iussit, atque sacrosancto Missae sacrificio religiose celebrato, edixit: *Constare de instantánea perfectaque sanatione cum Sororis Mariae Piróla <a gravissima tuberculosi enteroperitoneali ac mesenterica in regione ileocaecali intestini cum renali affectione, tum Dominae Mariae Agnetis Ranaldi a lymplioadenite cervicali et osteo-periostite costali tubercularibus.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri ac in acta Sacrae Rituum Congregationis rite mandari iussit.

Datum Romae, die 9 Decembris 1945.

3$i C. Card. SALOTTI**, Ep. Praen.,** *Praefectus.*

L. ^ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

A C T A T R I B U N A L I U M

SACRA ROMANA ROTA

i

Causae quae in Tribunali Sacrae Romanae Rotae actae sunt anno 1945, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva.

I. N. N. - **N**ULLITATIS **M**ATRIMONII *ob impotentiam viri.*

Turnus Rotalis: **I. Teodori,** *Ponens,* **C. Pecorari, H. Caiazzo.**

Vinculi Defensor deputatus: **A. Schönegger.**

Advocatus: **F. Bersani.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 11 Ianuarii : « Negative ».**

II. N. N. - **N**ULLITATIS **M**ATRIMONII *ob impotentiam viri et* **D**ISPENSATIONIS *super rato.*

Turnus Rotalis: **G. Heard,** *Ponens,* **A. Canestri, I. Teodori.**

Vinculi Defensor deputatus : **R. Bidagor.**

Advocatus: **C. Corsanego.**

Dubia: **I. «An constet de nullitate matrimonii, in casu » ; et quatenus negative : II. « An praestandum sit consilium Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».**

Sent entia **diei 11 Ianuarii : << Negative ad utrumque ».**

III. ANGELORUM. - **N**ULLITATIS MATRIMONII *ob conditionem contra bonum prolis.*

Turnus Rotalis: **A. Wynen,** *Ponens,* **G. Heard, A. Canestri.**

Promotor Iustitiae: **I. Pendola.**

Vinculi Defensor: **I. Trezzi; P. M. Rutten.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **H. Napoleoni.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 13 Ianuarii : « Affirmative ».**

IV. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ob intentionem contra bonum prolis.*

Turnus Rotalis: **A. Jullien, Decanus,** *Ponens,* **A. Wynen,** D. **Staffa.**
Y inculi Defensoris Substitutus : **I. Stella.**
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **Th. Ragusa.**
Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**
Sententia **diei 16 Ianuarii : Affirmative ».**

V. LUGDUNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **G. Pecorari,** *Ponens,* **H. Caiazzo, F. Roberti.**
Vinculi Defensoris Substitutus : **I. Stella.**
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii : **I. Limongelli.**
Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**
Sententia **diei 17 Ianuarii : « Negative ».**

VI. CLOYNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **I. Teodori,** *Ponens,* **F. Brennan,** D. **Staffa.**
Vinculi Defensoris Substitutus : **Ae. Del Corpo.**
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **H. Napoleoni.**
Dubium: **« An sententia Rotalis diei 13 Aprilis 1942 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».**
Sententia **diei 20 Ianuarii : « Confirmandam esse, ideo constare de nullitate matrimonii, in casu ».**

VII. CAPUANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis : **A. Canestri,** *Ponens,* **I. Teodori, C. Pecorari.**
Vinculi Defensoris Substitutus : **I. Stella.**
Advocati: **F. Bersani** *pro actore;* **M. Mantovani,** *pro conventa.*
Dubium: ***u*** **An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**
Sententia **diei 20 Ianuarii : «Negative».**

VIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam mulieris et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: **A. Jullien, Decanus,** *Ponens,* **F. Brennan, D. Staffa.**
Vinculi Defensor deputatus : **G. Cesterie.**
Advocati ex mandato gratuiti patrocinii: **E. Ruûîni, R. Romano.**
Dubia: **I. «An sententia Rotalis diei 3 Ianuarii 1910 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu » ; et quatenus affirmative ad primum : II. «An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu».**

Sententia **diei 22 Ianuarii : Ad L « Confirmandam esse, ideoque non constare de nullitate matrimonii, in casu ». Ad II. « Negative ».**

IX. BERGOMEN. - NULLITATIS MATRIMONII *eoo capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **A. Fidecicchi,** *Ponens,* **F. Brennan, D. Staffa.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. M. Pinna.**

Advocatus eœ mandato gratuiti patrocinii: **E. Bufoni.**

Dubium: **«An sententia Rotalis diei 17 Octobris 1940 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».**

Sententia **diei 23 Ianuarii : « Confirmandam esse, seu non constare de nullitate matrimonii, in casu».**

X. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: **A. Canestri** *Ponens,* **I. Teodori, C. Pecorari.**

Vinculi Defensoris Substitutus : **I. Stella.**

Advocatus eco mandato gratuiti patrocinii: **M. Ghiron.**

Dubia: **I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu » ; et quatenus negative : II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu».**

Sententia **diei 27 Ianuarii : « Negative ad utrumque ».**

XI. WESTMONASTERIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusionem boni prolis et boni sacramenti.*

Turnus Rotalis: **A. Jullien, Decanus,** *Ponens,* **A. Wynen, D. Staffa.**

Vinculi Defensor: **I. Trezzi.**

Advocatus: **R. Romano.**

Dubium : **« An sententia Rotalis diei 26 Februarii 1944 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».**

Sententia **diei 29 Ianuarii : « Confirmandam esse, seu constare de nullitate matrimonii, in casu».**

XII. GORITIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **C. Pecorari,** *Ponens,* **H. Caiazzo, F. Roberti.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Casoria.**

Advocatus: **I. Messina.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 31 Ianuarii: « Affirmative ».**

XIII. VILNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob olandestinitatem, ob totalem simulationem, ob exclusionem boni sacramenti.*

Turnus Rotalis: **A, Canestri,** *Ponens,* **I. Teodori, C. Pecorari.**
Vinculi Defensoris Substitutus : I. **Stella.**
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. **Torre.**
Dubium: **«An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**
Sententia **diei 17 Februarii : « Affirmative ».**

XIV. VENETIARUM. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusionem boni prolis.*

Turnus Rotalis: **A. Fidecicchi,** *Ponens,* **F. Brennan, D. Staffa.**
Vinculi Defensoris Substitutus: **Ae. Del Corpo.**
Advocatus : **H. Graziani.**
Dubium : **« An sententia Rotalis diei 24 Februarii 1944 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».**
Sententia **diei 20 Februarii : « Confirmandam esse, seu constare de nullitate matrimonii, in casu».**

XV. MEDIOLANEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **A. Jullien, Decanus,** *Ponens,* **F. Brennan, D. Staffa.**
Vinculi Defensoris Substitutus•**: I. Stella.**
Advocatus: **D. Lazzarato.**
Dubium : **« An sententia Rotalis diei 8 Iulii 1943 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».**
Sententia **diei 23 Februarii : « Confirmandam esse, seu constare de nullitate matrimonii, in casu ».**

XVI. TAURINEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob conditionem contra bonum prolis.*

Turnus Rotalis: **I. Teodori,** *Ponens,* **C. Pecorari, H. Caiazzo.**
Vinculi Defensor deputatus: **F. Romita.**
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **C. Da Silva.**
Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**
Sententia **diei 26 Februarii : ((Negative».**

XVII. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **A. Jullien, Decanus,** *Ponens,* **F. Brennan, D. Staffa.**
Vinculi Defensoris Substitutus : **Ae. Del Corpo.**
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **M. Belardo.**
Dubium: **« An sententia Rotalis diei 28 Maii 1940 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».**

Sententia **diei 6 Martii : /< Confirmandam esse, seu constare de nullitate matrimonii, in casu ».**

XVIII. **N. N. -** NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri.*

Turnus Rotalis: **C. Pecorari,** *Ponens,* **H. Caiazzo, F. Roberti.**

Vinculi Defensoris Substitutus : Ae. **Del Corpo.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **D. Lazzarato.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 7 Martii : « Negative ».**

XIX. **N. N.** - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus, ob impotentiam viri, et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis : **C. Pecorari,** *Ponens,* **H. Caiazzo, F. Roberti.**

Vinculi Defensoris Substitutus ; I. **Stella.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **C. Bernardini.**

Dubium: I. **« An constet de nullitate matrimonii, in casu » ; et quatenus negative:** II. **«An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato in casu ».**

Sententia **diei 7 Martii: «Negative ad utrumque».**

XX. PARÉNTINA. - QUERELAE NULLITATIS **et** NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **A. Jullien, Decanus, A. Wynen,** *Ponens,* **A. Fidecicchi, F. Brennan, D. Staffa.**

Vinculi Defensor deputatus: **G. Oesterle.**

Advocatus: **D. Lazzarato.**

Dubium: **« An sententia Rotalis diei 12 Aprilis 1943 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu, sive quoad primum, sive quoad alterum dubium quatenus confirmetur sententia quoad primum».**

Sententia **diei 17 Martii : « Confirmandam esse, idest non constare de nullitate sententiae Parentinae, at constare de nullitate matrimonii, in casu ».**

XXI. SENOGALLIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. **Jullien, Decanus,** *Ponens,* **F. Brennan, D. Staffa.**

Vinculi Defensor deputatus: **A. a Langasco.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. **Spinelli.**

Dubium : **« An sententia Rotalis diei 4 Februarii 1942 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».**

Sententia **diei 24 Martii: «Confirmandam esse, seu non constare de nullitate matrimonii, in casu».** -„

XXII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam mulieris et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: **G. Heard,** *Ponens,* **A. Canestri, I, Teodori.**

Vinculi Defensoris Substitutus: **Ae. Del Corpo.**

Advocatus: **A. D'Alessandri.**

Dubium: **I. « An constet de matrimonii nullitate, in casu»; et quatenus negative : II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu».**

Sententia **diei 24 Martii : Ad I. « Negative ». Ad II. «Affirmative^ vetito tamen mulieri transitu ad alias nuptias inconsulta Sancta Sede ».**

XXIII. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII" *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **I. Tëodori,** *Ponens,* **C. Pecorari, H. Caiazzo.**

Vinculi Defensoris Substitutus: **Aé. Del Corpo.**

Advocati: **H. Benvignati, M. Mantovani.**

Dubium: **«An constet de nullitate matrimonii, in casu».**

Sententia **diei 26 Martii : « Negative ».**

XXIV. RUPELLEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusionem boni sacramenti.*

Turnus Rotalis : **C. Pecorari,** *Ponens,* **H. Caiazzo, F. Roberti.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Casoria.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **C. Da Silva.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 28 Martii: «Negative».**

XXV. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum botvam prolis.*

Turnus Rotalis: **A. Jullien, Decanus,** *Ponens,* **F. Brennan, D. Staffa.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. M. Pinna.**

Advocati: **D. Lazzarato, A. Merlo.**

Dubium: **«An sententia Rotalis diei 29 Iulii 1942 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».**

Sententia **diei 16 Aprilis : « Infirmandam esse, ideoque constare de nullitate matrimonii, in casu ».**

XXVI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob amentiam Viri.*

Turnus Rotalis: **F. Roberti,** *Ponens.* **A. Fidecicehi, F. Brennan.**

Vinculi Defensor deputatus: **R. Bidagor.**

Advocatus: **I. Benedetti.**

: Dubium: **«An sententia Rotalis diei 16 Decembris 1936 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu».**

Sententia **diei 17 Aprilis : « Infirmandam esse, seti constare de nullitate matrimonii, in casu ».**

XXVII. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *(Incidentis).*

Turnus Rotalis: A. **Jullien, Decanus, A. Wynen, G.** *Reara, Ponens.*

Vinculi Defensor: **I. Trezzi.**

Advocati: **E. Ruifini, pro** *actrice; A.* **Angelini-Rota,** *pro convento.*

Dubium: **« An sententia Rotalis diei 17 Iunii 1914 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».**

Sententia **diei 19 Aprilis : « Infirmandam esse, ideoque actricem admittendam esse ad matrimonium accusandum, in casu ».**

XXVIII. TAURINEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusionem boni prolis.*

Turnus Rotalis: **F. Roberti,** *Ponens, A.* **Fidecicchi, F. Brennan.**

Vinculi Defensoris Substitutus : **I. Stella.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **O. Da Silva.**

Dubium: **«An constet de nullitate matrimonii, in casu».**

Sententia **diei 24 Aprilis : «Negative».**

XXIX. FLORENTINA. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: A. **Jullien, Decanus,** *Ponens, A.* **Wynen, D. Staffa:**

Promotor Iustitiae: **I. Pendola.**

Vi7iculi *Defensoris Substitutus :* **I. Stella.**

" Advocati: **A. Catelani, R. Romano.**

Dubium: **«An sententia Rotalis diei 15 Aprilis 1944 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».**

Sententia **diei 28 Aprilis: « Confirmandam esse, ideoque nullum esse matrimonium, in casu».**

XXX. DETROITEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob conditionem contra bonum sacramenti et bonum prolis.*

Turnus Rotalis: A. **Canestri,** *Ponens,* **I. Teodori, C. Pecorari.**

Vinculi Defensoris Substitutus : **Ae. Del Corpo.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **C. Da Silva.**

Dubium: « **An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 28 Aprilis : «Negative».**

XXXI. NEO-EBORACEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob conditionem appositam et ob vim et metum.* , ,. ;

Turnus Rotalis: **G, Heard>** *[Ponens,* **A.' Canestri,' I. Teodori.**

Vinculi Defensor deputatus: **F. Romita.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **A. Capalti.**

Dubium: **« An eonstet de nullitate matrimonii, in casu** *n,*

Sententia **diei 3 Maii : « Negative ».**

XXXII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis : **I. Teodori,** *Ponens,* **C. Pecorari, H. Caiazzo.**

Vinculi Defensoris Substitutus : **Ae. Del Corpo^**

Advocatus: **H. Tupini.**

Dubia: **I. ((An constet de nullitate matrimonii, in casu» ; et quatenus negative: II. «An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».**

Sententia **diei 14 Maii : « Negative ad utrumque ».**

XXXIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob impedimentum publicae honestatis.*

Turnus Rotalis: **A. Fidecicchi,** *Ponens,* **F. Brennan, D. Staffa.**

Promotor Iustitiae: **I.. Pendola.**

Vinculi Defensor deputatus: **G. Cesterie.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: G. **Da Silva.**

Dubium : **« An sententia Rotalis diei 18 Iunii 1942 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu».**

Sententia **diei 14 Maii : « Confirmandam esse, ideoque non constare de nullitate matrimonii, in casu ».**

XXXIV. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Vós, coroando a imagem de Nossa Senhora, assinastes, com o atestado^ de fé na sua realeza, o de urna submissâo à sua autoridade, de urna correspondencia filial e constante ao seu amor. Fizestes mais ainda : alistastes-vos Cruzados para a conquista ou reconquista do seu Reino„ que é o Reino de Deus. Quer dizer : obrigastes-vos a trabalhar para que Eia seja amada, venerada, servida à volta de vós, na familia, na sociedade, no mundo.

E que nesta hora decisiva da historia, como o reino do mal com infernal estrategia emprega todos os meios e empenha todas as força» para destruir a fé, a moral, o Reino de Deus, assim os filhos da luz e filho» de Deus têem de empenhar tudo e empenhar-se todos para o defender, se näo se quer ver urna ruina imensamente maior e mai desastrosa que todas as ruinas materiais acumuladas pela guerra.

Nesta luta näo pode haver neutros, nem indecisos. É preciso um catolicismo iluminado, convicto, desassombrado, de fé é de mandamentos,. de sentimentos e de obras, em particular e ém público. O lema que há quatro anos proclamava em Fatima a briosa juventude católica : « Católicos a cem por cem !»

Na esperança de que os Nossos votos sejam favoravelmente acolhido» pelo Coraçâo Imaculado de Maria e apressem a hora do seu triunfo e do triunfo do Reino de Deus, —como penhor das graças celestes, a vós, Veneráveis Irmäos e a todo o vosso Clero, ao Exmo. Presidente da República, ao ilustre Chefe e aos Membros do Governo, às mais Autoridades civis e militares, a todos vós, amados Filhos e Filhas, devotos peregrino» de Nossa Senhora da Fatima, e a quantos convosco estáo unidos em espirito por todo Portugal continental, insular e ultramarino, damo» com todo o amor e carinho paterno a Bênçâo Apostólica.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato, 8 giugno 1946, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. PEDRO DE LEMOS TOVAR, **Conte de Tovar, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Portogallo, per la presentazione delle Lettere Credenziali.**

Mercoledì, 12 giugno 1946, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. IOSEPH PATRICK "WALSHE, **Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario d'Irlanda, per la presentazione delle Lettere Credenziali.**

Martedì, 18 giugno 1946, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. TOMMASO FRANCESCO MEDINA, **Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario del Nicaragua, per la presentazione delle Lettere Credenziali.**

Mercoledì, 19 giugno 1946, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Principe Don GIULIO PACELLI, **Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario di Costarica, per la presentazione delle Lettere Credenziali.**

SEGRETERIA DI STATO

Can Bigüietti della Segreteria di Stato in data 17. maggio 1946, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è benignamente degnato di assegnare:

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Giulio Saliège le Saere Congregazioni dei .Sacramenti, dei Religiosi e Ceremoniale, e al-PEminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Giuseppe M. Caro Rodríguez le Saere Congregazioni dei Sacramenti, dei Riti e dei Seminari e delle Università degli Studi-

An. et vol. XXXYIII 1 Augusti 1946 (Ser.H, v.XHI) -Num.9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

IN SOLLEMNI CANONIZATIONE

BEATAE FRANCISCAE XAVERIAE CABRINI, VIRGINIS, IN BASILICA VATICANA DIE VII MENSIS IULII A. MDCCCCXXXXVI PERACTA.

Antequam Summus Pontifex sollemne ederet decretum, quo Beata Francisca Xaveria Cabrini sanctitatis honoribus decorata fuit, Revmus D. Antonius Bacci, ab Epistulis ad Principes, nomine Sanctitatis Suae, haec verba fecit:

Antistes sacrorum Maximus iam in eo est, ut, christifidelium votis ultro libenterque concedens, Franciscam Xaveriam Cabrini Virginem sanctitudinis Ínfula decoret. Idque non una de causa. Primo probatum omnino est Beatam hanc Virginem virtutum fulgore —- ut christianas heroidas addecet — in exemplum enituisse ; quod Deus ipse signis, mirandis prorsus ac supra naturales vires editis, divino quasi digito suo demonstravit. Optandum praeterea est ut in hac tanta mentium obscuratione luculentius omnibus patescat verae sanctitatis iubar in Catholica Ecclesia nec defuisse, nec deesse umquam ; utque ad eamdem sanctimoniam quam diligentissime adipiscendam omnes privatim publice, pro peculiari cuiusque suae vitae ratione, enixe excitentur ac revocentur. Quamobrem, ut dixi, iam Augustus Pontifex immutabili suae vocis oraculo, quod caelitum omnium chori laetabundi excipient, rem decreturus est. Gaudeat frequens Beatae huius Virginis suboles, quae Legiferam suam Matrem cernet tanta dignitate auctam; gaudeat Italorum gens, quae si gravi in praesens miseriarum cumulo quasi opprimitur, vetustae tamen gloriae, e Catholica Religione partae, novum adicit decus. Nec

minus habet cur gaudeat « Americanum validum iuventa genus M ,[1] quod quidem humili huic Virgini generosa sua largitate dedit, ut tot tamque magna caritatis humanitatisque patraret incepta. Atque universa potissimum laetetur Ecclesia, quae — quemadmodum hodie in nova luce ponitur — ex Divini Conditoris sui pollicitationibus ac muneribus reapse efficit ut numquam christianae virtutis sit sterile saeculum.

Qui adstatis igitur, attendite omnes, pronaque fronte ac mente oraculum auditote. Petrus per Pium locuturus est; eiusque sollemne decretum homines venerabundi accipiunt, angeli mirantur, Caelum per omne aevum ratum habet.

Tum Ssmus Dominus Noster, omnibus aperto capite surgentibus, Ipse sedens in Cathedra mitramque gestans, de plenitudine Apostolici ***mir****nisterii sollemniter sic pronunciavit:*

Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra ; matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe existentium consilio; Beatam Franciscam Xaveriam Cabrini Sanctam esse decernimus, et definimus ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes ab Ecclesia Universali illius memoriam quolibet anno die eius natali, nempe vicesima secunda decembris, inter sanctas Virgines non martyres pia devotione recoli debere. In nomine Pafgtris, et Fi£glii, et Spiritus¡£gSancti.

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,

Quas glorias, quae incepta et opera sanctitudo christiana parit, eiusmodi profecto sunt, ut labentibus annis — dum humanae res aliae subsequuntur alias, omnesque pedetemptim debilitantur, fatiscunt, corruunt — non modo in suo gradu perseverent, sed interdum etiam mirabili quadam vi tam actuose impellantur, tit quemadmodum «granum sinapis, quod...minus

[1] **LEO** XIII, **Ep. Enc.** ***Longinqua oceani : Acta Leonis,*** **1895, p. 3.**

est omnibus seminibus..„ cum seminatum fuerit, ascendit et fit maius omnibus oleribus », [1] cotidie magis augeantur, in omnemque invadant terrarum orbem. Quod quidem si nullo non tempore ex Providentissimi Dei consilio in Ecclesiae annalibus cernere gratum est, at hac nostra aetate videtur gratius, cum numquam fortasse magis sanctitatis fulgore ac fructibus indiguerint homines. Haec Nos summo cum animi solacio recogitamus, dum divina adspirante gratia datum est Beatam Virginem Franciscam Xaveriam Cabrini sanctorum caelitum honoribus decorare. Ea enim humilis virgo fuit, non nomine, non opibus, non potentia, sed virtute praestans. Inde a tenera aetatulá candidum innocentiae lilium, paenitentiae spinis diligentissime septum, illibatum servavit; ac progredientibus annis superno quodam instinctu atque afflatu permota, se totiusque suae vitae cursum divino servitio divinaeque augendae gloriae mancipavit. Et quandoquidem singulari erat animi fortitudine praedita, etsi praegracili corpore, cum Dei erga se voluntatem novit, nihil reliqui fecit ut eam — quamvis res arduas et supra femíneas vires postulare videretur — omni ope ad effectum deducere conaretur. Itaque suffragante gratia factum est, ut quod sacrarum virginum institutum humili initio condidit, illud brevi temporis spatio per Italiam, per Foederatas Americae Civitates perque multas alias terrarum orbis partes propagaretur.

Iuventam, e recto interdum aberrantem itinere, tutum in hospitium recepit, ac recte sancteque educavit; qui publico detinebantur carcere, eorum animos lenivit, superna spe auxit„ et ad frugem bonam renovandamque probitatem erexit, excitavit; qui corpore infirmi, vel morbo infecti in valetudinariis versabantur, eos non modo consolata est, sed omni ope curavit^ adiuvit; atque eis potissimum, qui, paterna relicta domo, exsules per alienas vàgabantur terras, ac nimio saepius ab omnibus, derelicti non modo inopem traducebant miseramque vitam, sed

[1] MABC. 4, 31-32.

de christiana etiam virtute deque Catholica Religione infelici ter periclitabantur, amicam manum opportünumque perfugium, solacium, auxilium praebuit.

At undenam, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, humilis haec virgo vim sumpsit, undenam invictam fortitudinem hausit, qua eidem licuit tot exantiare labores, ac tot rerum, itinerum, hominumque difficultates eluctari? Undenam habuit ut — licet innumeris distenta negotiis — serena semper ac fidens ad destinatam metam properaret, neque periculorum timore concitataeque vitae turbinibus quateretur umquam?

Ex fidei virtute procul dubio, quae vivida semper suo vigebat in animo; ex divina, qua aestuabat, caritate; ex indefatigabili denique precandi studio, quo arctissime Deo coniuncta, ab eodem, quidquid humana non poterat fragilitas, suppliciter rogabat impetrabatque semper. Dum fere innumeris distringebatur curis, rerumque vicissitudinibus distinebatur, in hoc uno — ex quo nulla prorsus re dimoveri poterat — eius mentis consilium eiusque voluntatis propositum defixum erat; in Deo nempe, quem unice diligebat, et pro cuius adaugenda gloria nihil ei laboriosum, nihil arduum, nihil supra humanas vires videbatur, superna gratia suffultas.

In omni autem agendi ratione, caelesti quadam serenitate supernaque luce ita eius vultus radiabatur, ut quae sacrae virgines eam sequebantur legiferam matrem atque magistram, ad sanctissima eius vitae exempla diligenter imitanda suavi animi impulsione allicerentur. Ita quidem ut Apostoli gentium hortamenta ac monita usurpare posset: «Imitatores mei estote, "sicut et ego Christi ».[2]

At non modo sacrae virgines, sed omnes profecto habent cur Franciscae Xaveriae C abrini virtutes intueantur atque imiten tur. Et quoniam hac nostra aetate nimis multi ad res externas in ordinato quodam atque incomposito motu facile rapiuntur, discant ab eadem nominatim interna animi bona habenda

[3] ***I Cor.* 4, 16; 11,1.**

esse potior a¿ omniaque esse ad Dei gloriam ad sempiternamque convertenda omni ope salutem.

Discant praeterea ab ea — quae non modo almam suam terram flagrantissimo amore prosecuta est, sed alienis e.tiam regionibus suae caritatis suaeque navitatis fructus indefessa impertiit — nationes omnes omnesque gentes unam dumtaxat efficere familiam; quae quidem non obscura ac túrbida simultate, non aeternis ob acceptas iniurias inimicitiis disiungenda ac dissolvenda est, sed fraterno illo amore copulanda, qui ex Iesu Christi praeceptis divinoque exemplo suo oriatur oportet. Id impetret a « pacis Principe » [3] **nostroqüe omnium Patre novensilis haec sancta virgo, ita quidem ut restincto tandem odio, pacatis animis, ac privatis publicisque rebus non efïrenato propriae cuiusque utilitatis studio disiectis, sed iustitia aequitateque compositis, pax veri nominis, ex qua communis proficiscatur cotidie auctior prosperitas, humanae consortioni arrideat. Amen.**

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. IOANNEM S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM DE JONG, ARCHIEPISCOPUM ULTRAIECTENSEM : OB CONVENTUM E TOTA HOLLANDIA INDICTUM AD MIRACULUM EUCHARISTICUM IN URBE AM STELOD AMEN SI SEXTO ELAPSO SAECULO CELEBRANDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Anno proxime elapso fauste expletum est sextum saeculum, ex quo miraculum illud Eucharisticum in perillustri Hollandiae urbe Amstelodamensi contigisse fertur, quod in praesens usque per plura virorum milia, miraculi Aedem circumeuntium, singulari animi pietate oris que gravitate quotannis recolitur. Sed consequentes atrocissimum bellum difficultates peculiarem quandam sollemnemque prodigii illius commemorationem haberi non siverunt. Nunc autem, quum publicarum rerum condicio melior istic facta sit, peropportune apud catholicos Hollandiae fideles initum

[3] Cf. ISAI. 9, 6.

est consilium, te quidem et Harlemensi Episcopo praeeuntibus, ut Congressus quidam e tota natione Eucharisticus ad sollemnia saecularia peragenda Amstelodami vertente hoc mense concelebretur. Comperta est enim fidei caritatisque flagrantia atque alacritas, qua catholici in Hollandia fideles constanter nitent, Cuiusque in Conventu ex omni natione Eucharistico duo ac viginti abhinc annos habito luculentissimum exemplum tradiderunt. Nos itaque non modo susceptum consilium debita, laude honestamus, sed proximam celebritatem in honorem Augusti Sacramenti secundis votis ominibusque Nostris prosequimur. Exinde profecto confidimus fore, ut probi isti filii salutaria fidei religionisque accipiant incrementa novasque sumant vires ad officia sua sollertius in dies obeunda, imprimisque ad recentis belli iactura s et detrimenta, in ordine praesertim morali ac sociali, maiore studio resarcienda. Caelestium interea donorum nuntia et conciliatrix, praecipuaeque Nostrae caritatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, egregio Episcopo Harlemensi, ceterisque Hollandiae Praesulibus cunctisque gregibus vestris amantissime in Domino impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die II **mensis Iunii, anno** MDCCCCXXXXVI, **Pontificatus Nostri octavo.**

PIUS PP. XII

II

AD REVMUM P. CAROLUM PASQUINL, ORDINIS FRATRUM EREMITARUM A S. AUGUSTINO MODERATOREM GENERALEM : QUINTO VERTENTE SAECULO A SOLLEMNI CANONIZATIONE S- NICOLAI A TOLENTINO.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quinque ante saecula Decessor Noster fel. rec. Eugenius IV, ingenti stipatus cleri populique multitudine, insignem christianae virtutis heroa, Nicolaum a Tolentino, in Vaticanae Basilicae maiestate sanctitudinis infula sollemnibus ritibus decoravit. Quod celebre eventum novimus vos percupere opportunis celebrationibus commemorare, itemque exoptare vehementer ut easdem Nosmet ipsi aliquo modo participemus. Id facimus libentissime per has litteras, praeclarum hoc in memoriam breviter redigentes Augustiniani Ordinis decus, ex quo tam uberes salutaresque in Ecclesiam in civilemque hominum societatem profluxere fructus.

Turbulentisssimis temporibus vivens, vir exstitit pacis fratërnaeque concordiae amator et conciliator studiosissimus ; dum non pauci priva-

tim publiceque homines facile in voluptatibus volutabantur, ac non raro in vitiorum prolabebantur dehonestamenta, ipse « pudicus, castus, modestus, verecundus... faciem habebat angelicam »[1] ac non modo «concupiscentias tentationesque malas evitare volens, carnem propriam crucifixi^ castigando corpus suum ieiuniis, vigiliis, orationibus castigationibusque duris...[2] sed alios etiam plurimos quotquot adire poterat, qua concionibus habitis, qua consiliis ac suasionibus prudentissimis, in sacro praesertim paenitentiae tribunali impertitis, ad frugem bonam reducere, felici saepenumero successu, enitebatur. Ea autem erat incensissima caritate erga Deum, erga proximos flagrans, ut pauperculos, in quibus divinum ipsum cernebat Redemptorem, suppetias pro facultate ire in deliciis haberet, ut omnes, quos infirmitate, aerumnis omneque genus miseriis affectos nosceret, libenter suaviterque consolaretur, utque in sancta precatione adsiduus per diuturnum horarum spatium permaneret, atque interdum, veluti abaliénatus a sensibus supernoque spiritu afflatus, in Deum ipsum dulcissime raperetur. Et quamvis apostolicis laboribus variisque negotiis distringeretur, mente tamen animoque tam arctissime cum Deo coniungebatur, ut caelestem vitam vivere iam in terris videretur, atque Apostoli gentium sententiam usurpare reapse posset : <(Vivo autem iam non ego; vivit vero in me Christus » .[3] In Divinum praesertim Redemptorem, cruci sufiixum, impensissimo pietate ferebatur, atque adeo nihil ei optatius erat quam longissimus ante sacram eius imaginem traducere horas, eiusque cruciatus acerbosque dolores effusis defiere lacrimis. Deiparam autem Virginem, qua amantissimus filius studiose venerabatur, eiusque valido patrocinio quidquid difficilius videbatur magisque arduum, fidenti concredere animo sollemne habebat. Nec minore caritatis studio praestabat erga vita functorum animas, piaculari igne expiandas, in quarum suffragium non modo ipsemet preces, labores ac iacturas doloresque Divino deferebat Numini, sed alios etiam ad idem ultro libenterque faciendum incensis adhortationibus excitabat. Nihil vero eidem dulcius, nihil suavius erat, quam Augustum Altaris Sacramentum flexis genibus pronaque fronte adorare, ab eodemque et caelestem ignem petere, quo frigescentem mundum christianae caritatis flamma incendere posset, et supernas impetrare vires, quibus sempiternae suae ceterorumque saluti prospiceret.

Habetis igitur ex praeclara virtute eius ex eiusque sanctissime gestis, cur vestrum refoveatis religiosae vitae ardorem vestramque aposto-

[1] *Relatio processus can. in Consistorio exposita:* **Ms. Vat. Lat. 4027, f. 9, 9[v].**

[2] **Ibid., f. 3[v].**

[3] *Galat.*, **II, 20**

licae navitatis studium ; nec minus habent christifideles omnes, quibus eximia eius sanctitatis facinora hac faustitate opportune proponantur, cur ad christiana praecepta latius cotidie alacriusque in usum deducenda, ad mutuam redintegrandam concordiam, ad pietatem etiam atque etiam exstimulandam, et ad promovenda caritatis incepta — maxime hodie, si umquam alias, necessaria — summopere excitentur. Quod Nos ut quam felicissime eveniat, Nostris votis Nostrisque precibus a Deo imploramus; dum caelestium gratiarum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, cum tibi, dilecte Fili, tum religiosae familiae universae, tuis concreditae curis, Apostolicam Benedictionem perlibenter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die v mensis iunii a. MDCCCCXXXXVI, **Pontificatus Nostri octavo.**

PIUS PP. XII

NUNTII RADIOPHONICI

I

A SUMMO PONTIFICE DIE XXX MENSIS IUNII A. MCMXLVI CHRISTIFIDELIBUS DATUS, OB CONVENTUM EUCHARISTICUM E TOTA BOLIVIANA REPUBLICA IN URBE SUCRENSI COADUNATIS.

Venerables Hermanos y amados hijos que, haciendo corona a Nuestro Legado, clausuráis con la presente solemnidad vuestro gran Congreso Eucaristico Nacional boliviano.

Entre las tristezas y las preocupaciones de la hora que por el mundo pasa, preocupaciones y tristezas que necesaria y amargamente repercuten una a una en Nuestro corazón de Padre, han llegado hasta Nos los ecos de vuestro Congreso como un refrigerio, como un soplo de frésca brisa que penetrase en las profundidades de un valle oscuro y caldeado ; y Nuestro pensamiento ha volado a la amadísima Bolivia, la de la dura meseta de nevadas cimas, la de los anchos lagos, la del suelo con cimientos de plata ; y al consideraros reunidos en la aristocrática Sucre, la noble y altiva Sucre, al veros de hinojos ante la Hostia Santa fundidos todos en un amor, sin diferencias de estirpes, ni de clases, ni de categorías sociales, para honrar al Rey de los reyes, Nuestro espíritu ha exultado en el Señor.

Y precisamente para poderos decir todo el consuelo que habéis procurado a Nuestra alma con tan soberbio y edificante espectáculo, os hemos querido hablar.

Nuestro corazón, todos los corazones donde todavía queda un resto de sentimiento y una huella de humadidad, se angustian y sufren porque ven que la tierra se va convirtiendo en el reino de la discordia, porque caen en la cuenta de que el mundo está cada vez más fraccionado con tan profunda escisión, que no solamente separa los pueblos unos de otros, sino que penetra en el seno de las naciones, divide las clases, siembra el odio entre los hermanos y va dificultando más cada vez la armonía de los que para vivir tienen que convivir.

¿ Quién, oh amadísimos hermanos e hijos, quién dará al mundo la estabilidad y la paz? El odio, responden unos; y para acelerar el infernal remedio exacerban el malestar y ponen luego las armas én las manos de aquellos que han arrastrado al borde de la desperación. Pero otros, los mejores, responden : j el amor ! y eso es lo que en este momento estáis demostrando en una nación donde precisamente la Providencia ha hecho convivir estirpes tan antiguas y tan diversas; en un pueblo, donde el que se gana la vida con el trabajo de sus manos sabe lo que es sudar en las entrañas de la tierra.

El amor, el Sacramento del amor es lo único que puede amortiguar la furia del egoísmo, raíz de todas las dificultades, ahogándolo en la caridad : *«caritas... non quaerit quae sua sunt»:* **la caridad... no busca sus intereses;**[1] **el amor, el Sacramento del amor, es la solución de todas las diferencias y la base de toda unidad:** ***a*** *Quoniam... unum corpus multi sumus, omnes qui ole uno pane participamus* **porque todos los que participamos del mismo pan, venimos a ser... un solo cuerpo:**[2] **el amor, el Sacramento del amor ha de ser lo que borre las injusticias sociales y enseñe a soportar los trabajos, que por necesidad existirán siempre en esta vida. En una palabra, amadísimos congresistas bolivianos, ante Nuestros ojos aparecéis en este momento como una familia, donde los miembros se quieren bien y están sentados a la Mesa común para repartirse el común Pan, que da la vida al hombre ; y Nos persuadimos una vez más de que solamente en este espíritu eucaristico de caridad será posible la paz interior y exterior de las naciones.**

Vosotros, con la fina sensibilidad que os caracteriza, habéis dado a vuestro Congreso este sello social, tan a tono con una de las preocupaciones principales del día. Nos queremos solamente quemar ante el Dios eucaristico, en esta solemne ocasión, el incienso de Nuestra plegaria, para que sin tardanza se puedan ver los frutos del Congreso en la elevación de la estirpe aborigen, en la sanidad moral de la familia, en la

[1] ***I Cor.*****, 13, 4-5.**

[2] ***I Cor.*****, 10, 17.**

profundidad de la vida religiosa y, sobre todo, en uno de los majores dones que un pueblo cristiano puede recibir, en la abundancia y santidad de los sacerdotes, que os han de llevar hasta el altar y os han de distribuir con sus manos consagradas este Sacramento de unidad y de amor. Y para que Nuestras oraciones sean acogidas con más seguridad, queremos depositarlas en las manos de vuestra Madre y Reina, de Nues* tra Señora de Capocabana, volviéndonos confiados — con las palabras del piadoso anónimo — « a esta piedra divina, - que es donde el oro de la fe se afina -. Pues quien la tiene halla por su medio - bonanza, fruto, paz, salud, remedio ».

Dios colocó a vuestra Patria en el centro de la América meridional, y quiso darle luego una capital adornada con el simbólico nombre dé La Paz. Como para completar el pensamiento, se os han unido en asamblea pacífica vuestros Hermanos del Perú, de Chile, de la Argentina, del Uruguay, del Paraguay y de otras naciones. . Ojalá que así como la sangre salta desde el corazón hasta las más remotas extremidades, así este anhelo, esta promesa de paz social, partiendo de vuestro Congreso como centro, se extienda y llene pronto todo vuestro continente ! Entonces sí que la Eucaristía, « *Sacramentum caritatis, quae est vinculum perfectionis* **»,[1] habría producido completamente su efecto.**

Con el ferviente deseo de que tales esperanzas se conviertan cuanto antes en fecunda realidad, os bendecimos a todos los presentes : a Nuestro Legado, que con tanta dignidad ha ocupado el lugar Nuestro ; a Nuestros Hermanos en el Episcopado con todo su clero ; a las autoridades y a todos los fieles ; y con vosotros, bendecimos al amado pueblo boliviano, presente siempre en Nuestro corazón de Padre.

II

A SUMMO PONTIFICE DIE XXX MENSIS IUNII MCMXLVI CHRISTIFIDELIBUS BELGIS DATUS, IN URBE LEODIENSI SACRA SOLLEMNIA EUCHARISTICA CELEBRANTIBUS, SAECULO SEPTIMO EXEUNTE AB INSTITUTIONE FESTI CORPORIS CHRISTI IN EADEM DIOECESI.

Tandis que vous célébrez, chers fils et chères filles de Belgique, dans la ferveur de votre robuste foi, dans la joie de votre enthousiaste dévotion, le septième centenaire de l'institution par Pévêque de Liège, Robert de Toro te, de la fête du Corps sacré du Seigneur, que vous appeliez d'un si beau nom « la Fête-Dieu », Notre esprit se reporte spontanément

[1] S. THOM., *S. Th.*, 3 p., q. 73, art. 3'ad 3™.

vers cette vision du ciel que l'Apôtre saint Jean, après l'avoir contemplée de son regard d'aigle, racontait aux hommes en un langage qui n'est pas de la terre. De cette vision tout entière, le centre est l'Agneau, l'Agneau immolé, l'Agneau que suivent les vierges et dans le sang duquel les pécheurs, lavant leur robe souillée, se revêtent de splendeur, l'Agneau, vers lequel convergent, avec les adorations de millions et de myriades d'anges, celles des foules innombrables de tous les peuples et de toutes les nations.

Le pinceau génial de vos compatriotes, les deux van Eyck, a magnifié ce triomphe et cette fécondité de l'Agneau mystique, centre de l'Eglise, centre des esprits, des cœurs, des âmes, source permanente de toute vie, de tout bien, de tout salut, de toute vigueur, de toute sainteté, de tout amour. Et voici que, ces deux dimanches, ce magnifique tableau s'est animé et, aujourd'hui même, en cet instant solennel, c'est dans la plus absolue réalité que l'Agneau de Dieu préside à votre imposante assemblée, en cette Belgique, terre eucharistique par excellence, où fleurit, autour du Verbe fait chair et fait pain vivant, la plus merveilleuse Iiistoire de l'activité humaine et chrétienne sous toutes les formes, par l'éclat des grandes chaires universitaires où vibre encore la voix des plus éminents docteurs, par l'épanouissement de tous les arts et de toutes les industries, par la sublime élévation de la sainteté tant mystique •qu'apostolique, par le foisonnement de toutes les œuvres sociales et charitables. Faut-il nous étonner que le Christ de lumière, d'amour et de charité ait choisi votre patrie pour lui confier, par le ministère caché de la vierge augustinienne de Cornillon, ce joyau de la liturgie catholique, la ((Fête-Dieu», afin que, brillant d'abord chez vous du plus pur éclat, il rayonne de chez vous sur le monde entier en sorte que tous, sans distinction de pays, de classes, de conditions, rassasiés de la même nourriture divine, goûtent ensemble la fortifiante douceur de l'unité et de la paix que signifient les apparences du pain et du vin sous lesquelles se voilent le "corps, le sang, l'âme, la divinité du Christ, notre véritable aliment et notre véritable vie.[1]

Tel est l'objet de la prière qui monte, ardente, de Notre cœur vers le Cœur de Jésus, présentée par le Cœur Immaculé de Marie Mère et Médiatrice ; qu'elle attire sur vous l'abondance de toutes grâces avec la bénédiction que Nous allons vous donner dans toute l'effusion de Notre amour paternel, à vous, peuple liégeois, à vos chefs spirituels, et particulièrement aux nouveaux prêtres et sous-diacres ordonnés en cette mémorable journée.

[1] **Cfr.** ***Miss, in festo Corp. Dom., Secr.***

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

SAC. FERDINANDUS TARTAGLIA, DIOECESEOS PARMENSIS, DECLARATUR EXCOMMUNICATUS VITANDUS.

Cum sacerdos Ferdinandus Tartaglia, e dioecesi Parmensi, in Archidioecesi Florentina commorans, iure deferendi habitum ecclesiasticum iam privatus, quia proprio Ordinario legitime praecipienti et prohibenti quominus falsam doctrinam disseminaverit pertinaciter non obtëmperasset, verbis et scriptis, haeresim propugnavisset, quin immo ipsa religionis fundamenta evertere nisus esset, cumque monitio de excommunicatione declaranda nisi a contumacia recederet incassum cessisset. Eminentissimi ac Reverèndissimi Patres rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito voto Revmorum Consultorum, in Plenario Coetu Feriae IV, die 22 Maii vertentis anni, eumdem Ferdinandum Tartaglia sacerdotem, ad normam can. 2314, excommunicatum declararunt cum omnibus iuris effectibus atque ipsum vitari debere edixerunt. •

Sequenti Feria V autem, die 23 maii 1946, Ssmus D. *"N.* **Pius, divina Providentia Papa XII, in Audientia Excimo ac Revmo** Dno **Adsessori Sancti Officii concessa, Eminentissimorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit ac publici iuris fieri iussit.**

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 4 Iunii 1946.

IOANNES PEPE, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

DECRETUM

DE ORDINANDIS TRIBUNALIBUS ECCLESIASTICIS DITIONIS CANADENSIS SUPER CAUSIS NULLITATIS MATRIMONII DECIDENDIS.

Excellentissimi Ordinarii ditionis Canadensis, prae oculis habitis iis quae Litteris Apostolicis ((Qua cura», die ê Decembris 1938 Motu Proprio a Pio Pp. XI f. r. datis *.(A. A. S.,* **vol. XXX, p. 410) pro tribunalibus ecclesiasticis Italiae salubriter provideque statuta sunt, itemque Decreto S.Congregationis de disciplina Sacramentorum diei 20Decembris 1940 pro reductione tribunalium Insularum Philippinarum** *(A. A.* **vol. XXXIII, p. 363), necnon perpensis tum raritate causarum nullitatis matrimonii quae in ipsorum tribunalibus agitari solent, tum praesertim difficultates quas ipsi passim experiuntur idonea tribunalia constituendi, in Conventu mense Ianuario 1945 habito, sequentes postulationes Sanctae Sedi humiliter porrigendas esse statuerunt :**

Ut nempe simili modo ac in Italia actum est per memoratum « Motu Proprio » necnon in Insulis Philippinis per laudatum Decretum, etiam in Canadensi ditione constituantur tribunalia provincialia pro tractatione causarum nullitatis matrimonii et analogice inter eadem ordinentur tribunalia appellationis.

Quas preces cum Sacra haec Congregatio de disciplina Sacramentorum rite perpendisset, attento etiam voto Excmi Delegati Apostolici ditionis Canadensis easdem per infrascriptum Cardinalem Praefectum retulit Ssimo Domino Nostro Pio divina Providentia Papae XII, in Audientia die 28 Ianuarii 1946 eidem benigne concessa.

Sanctitas vero Sua haec omnia quae sequuntur statuere dignata est, decernens eadem exsecutioni mandanda, contrariis quibuslibet, licet speciali mentione dignis, minime obstantibus.

I. In Canadensi ditione quoad tractationem causarum de nullitate matrimonii in prima instantia haec habeantur tribunalia et circumscriptiones :

1) Tribunal *Quebecense* **pro binis provinciis ecclesiasticis Quebecensi et Sancti Germani de Rimouski, nempe pro territorio sequentium dioecesium: Quebecen., Amosen., Chicoutimien., Nicoletan., Trifluvia-**

nen., Sancti Germani de Rimousln, Gaspesien., Sinus Sancti Laurentii,. Vicariatus Apostolici de Labrador necnon Insularum a Magdalena ;

2) Tribunal *Marianopolitanum'"pro* **sua universa provincia ecclesiastica, nempe pro territorio sequentium dioecesium: Marianopolitana Jolietten., Sancti Hyacinthi, Sancti Ioannis Quebecen., Sherbrooken., Campivallen.;**

3) Tribunal *Halifaxiense,* **pro binis provinciis ecclesiasticis Halifaxiensi et Monctonensi, nempe pro territorio sequentium dioecesium : Halifaxien., Antigonicen., Oarolinapolitan., Monctonen., Bathursten. in Canada, Edmundstonen., Sancti Ioannis Canaden.;**

4) Tribunal *Ottavwnse* **pro universa sua provincia ecclesiastica, nempe pro territorio seguentium dioecesium : Ottavien., Hearsten., Montis Laurei, Pembroken., Timminsen., Vicariatus Ap. Sinus Iacobi;**

5) Tribunal *Torontinum* **pro binis provinciis ecclesiasticis Torontina et Kingstoniensi, nempe pro territorio-sequentium dioecesium : Toron tin., Hamiltonen., Londonen., Kingstonien., Alexandrin, in Ontario, Peterboroughen., Sanctae Mariae Ormen.;**

6) Tribunal *Reginatense* **pro binis provinciis ecclesiasticis Reginatensi et Sancti Bonifacii necnon pro archidioecesi immed. subiecta Winnipègën., nempe pro territorio dioecesium : Reginaten., Gravelburgen., Princip. Alberten., Saskatoonen., Abbatiae Nullius S. Petri apud Muenster, Sancti Bonifacii, Vicariatus Apostolici Sinus de Hudson, Vicariatus Apostolici de Keevatin, Winnipegen.;**

7) Tribunal *Vancuveriense* **pro binis provinciis ecclesiasticis Vancuveriénsi et Edmontonensi, nempe pro territorio sequentium dioece sium : Vancuverien., Nelsonen., Victorien, in Insula Vancouver, Kamloopsen., Vicariatus Ap. de Prince Rupert, Vic. Ap. de Withorse, Edmontonen,, Calgarien., Vic. Ap. de Grouard, Vic. Ap. de Mackénzie.**

II. Pro tractatione praedictarum causarum in gradu appellationis, incolumi semper facultate directe provocandi ad S. R. Rotam, iuxta can. 1599 § 1 Codicis I. C, ita procedetur :

Ad tribunal Marianopolitanum deferentur causae in prima instantia tractatae apud tribunalia Quebecense et Torontinum ; ad tribunal Ottaviense quae apud tribunal Marianopolitanum ; ad tribunal Quebecense quae apud tribunalia Ottaviense et Halifaxiense ; ad tribunal Torontinum quae apud tribunalia Reginatense et Vancuveriense.

III. Officiales, iudices, promotores iustitiae, defensores vinculi aliique administri tribunalium provincialium de quibus supra, deligendi sunt et constituendi, ad definitum tempus, ab Excñiis Ordinariis dioecesium respectivo tribunali provinciali pertinentium in Coetibus Provincialibus.

IV. Quoad iura et officia tribunalium provincialium ut supra, necnon quoad eorum agendi rationem, S. Congregatio de disciplina Sacramentorum definiet, necnon circa tempus executionis eorum quae supra statuta sunt et circa normas temporarias.

V. Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum vigilerà seduIamque, pro suo munere, dabit operam, ut tum officiales, tum iudices, tum, praesertim, promotores iustitiae et vinculi defensores muneribus suis rite naviterque perfungantur iuxta normas ab eadem S. C editas vel edendas.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 28 mense Ianuario anno 1946.

D. Card. JORIO, *Praefectus*

L. © **S .**

F. Bracci, *Secr.*

NORMAE

PRO EXEQUENDO DECRETO DIEI XXVIII IANUARII MCMXLVI DE ORDINANDIS? TRIBUNALIBUS ECCLESIASTICIS DITIONIS CANADENSIS.

Ut ad effectum deducantur quae per Decretum diei 28 Januarii 1946 praescripta sunt, Sacra haec Congregatio quae sequuntur statuit :

CAPUT **I**

De tribunalis provincialis moderatore, iudicibus et ministris

Art. 1. Tribunal provinciale subest auctoritati Archiepiscopi loci in quo ipsum sedem habet, qui, proinde, idem regit et moderatur nomine omnium Episcoporum circumscriptionis tribunalis, eidemque omnia iura. et officia attribuuntur quae Ordinariis locorum, ad normam sacrorum canonum et *Instructionis* **Sacrae huius Congregationis de disciplina Sacramentorum diei 15 Augusti 1936 (A.** *A. S.,* **vol. XXVIII, p. 313) circa, proprium tribunal competunt, nisi aliter infra cautum sit vel subiecta materia aperte exigat.**

Art. 2. Iudices et ministri tribunalis provincialis constituentur in Coetu Excmorum Ordinariorum circumscriptionis tribunalis ad maiorem suffragiorum partem.

Art. 3. Curandum erit ut electi non modo morum integritate praestent, et laurea vel saltem licentia in iure canonico sint praediti, sin minus scientia et experientia iuridica *vere* **polleant, sed tempus quoque sufficiens impendere valeant muneribus sibi collatis rite obeundis.**

Art. 4. Nomina eorum qui electi sint ad munera officialis (necnon,

si extent, vice-officialis vel vice-officialium), iudicum, promotoris iustitiae, defensoris vinculi (horumque, si adsint, substitutorum) cum Excmo Delegato apostolico ditionis Canadensis quamprimum ab Excmo Praeside Coetus Episcoporum communicentur, una cum indicatione aetatis, studiorum, curriculi vitae necnon cum testimonio circa eorum sacerdotales virtutes, eam etiam ob causam ut eidem Delegato Apostolico opportunitas praebeatur significandi utrum cuiusquam electorum nominationi aliquid obstet.

Art. 5. Nominationes de quibus supra generatim ad quinquennium fiant, salva facultate eas confirmandi ad successiva quinquennia.

Art. 6. Omnes qui tribunal provinciale constituunt aut eidem opem ferunt, iusiurandum de officio rite et fideliter implendo coram Archiepiscopo sedis tribunalis provincialis, si agatur.de officiali, si vero de aliis coram Ordinario eiusdem sedis vel coram iudice a quo electi sunt vel coram viro ecclesiastico ab alterutro delegato praestare debent : idque ab initio suscepti officii, si sint stabiles, aut antequam causa agi ceperit si pro peculiari causa sint constituti, aut antequam suo munere fungi incipiant, si, causa pendente, suffecti sint ad normam art. 19 *Instructionis.*

Art. 7. Officiales, iudices, promotores iustitiae et vinculi defensores (necnon, si adsint, eorum substituti, nisi per modum actus deputati sint) ab Archiepiscopo sedis tribunalis provincialis removeri non possunt, durante munere, nisi gravi de causa et consultis prius totius circumscriptionis tribunalis Episcopis.

Art. 8. Nemo iudicis munere in causa fungi poterit qui advocati vel procuratoris munus actu exerceat in causis matrimonialibus, sive directe sive per interpositam personam, quamvis id agat apud alia tribunalia etiam Sanctae Sedis : idem valet pro iustitiae promotore et pro vinculi defensore. Iidem omnes districte etiam vetantur in quaslibet causas matrimoniales extra munus suum se quomodolibet ingerere.

Art. 9. Archiepiscopus sedis tribunalis provincialis, collatis consiliis cum ceteris Episcopis circumscriptionis tribunalis, album procuratorum et advocatorum pro tribunali conficiendum curet iuxta artt. é7-r53 memoratae *Instructionis.*

CAPUT II

De modo procedendi in tractatione causarum matrimonialium

Art. 10. Ut tuto procedatur in causis matrimonialibus apud tribunalia provincialia pertractandis, adamussim servetur *Instructio* **supra memorata, his tantum additis aut immutatis quae infra adnotantur.**

Art. 11. Quoad competentiam tribunalis provincialis serventur normae artt. 1-12 praefatae *Instructionis,* **attento quod tribunal provinciale, relate ad matrimoniales causas, est commune pro dioecesibus suae circumscriptionis simulque est proprium singulae cuiusque dioecesis circumscriptionis.**

Art. 12. Causae ita inscribantur: primum ponatur nomen tribunalis provincialis, dein dioecesis celebrati matrimonii vel partis conventae, postremo titulus causae, ex. gr. « *Tribunal Quebecense-Nicoletan. Nullitatis matrimonii (N. N.)* **» : quando autem causa ipsa agitatur in gradu appellationis, ita inscribatur : «** *Tribunal Appellationis MarianopoHtanum-Nicoletan. Nullitatis matrimonii (N. N.) ».*

Art. 13. Ad Episcopum domicilii coniugum spectat iudicium ferre de existentia adiunctorum, de quibus in artt. 38 § 2 et 39, b) *Instructionis ;* **quod tamen iudicium antequam ferat, opportune cum Archiepiscopo sedis tribunalis provincialis aget.**

Art. 14. Archiepiscopi sedis tribunalis provincialis erit tutorem aut curatorem admittere vél designare ad normam art. 78 *Instructionis,* **collatis consiliis cum Ordinario partis conventae cui tutor vel curator constituendus est.**

Art. 15. In casibus exceptis de quibus in cann. 1990-1992, quaelibet petitio remittatur ad Archiepiscopum sedis tribunalis provincialis qui, praehabito voto Episcopi domicilii coniugum, de eadem videat ad normam tit. XV *Instructionis* **citatae. Officialis vero de quo in art. 228** *Instructionis* **est officialis tribunalis provincialis.**

Art. 16. Vinculi defensor facile ne omittat appellationem, de qua in art. 229 *Instructionis,* **interponere ad tribunal alterius instantiae, praesertim cum agatur de impedimentis a quibus dispensari solet.**

CAPUT III

*De honorariis iudicibus et tribunalium ministris assignandis**

Art. 17. Iudicum et ministrorum tribunalis stipendia seu remunerationes et honoraria Excmi Ordinarii determinent in Coetibus Episcoporum circumscriptionis tribunalis, prae oculis habitis adiunctis dioecesium et praesertim causarum agendarum numero : adeo ut iidem congrua mercede, adaequata operi revera tribunali impenso, donentur.

Art. 18. Eadem emolumenta generatim moderata esse debent, attento etiam quod iudices et ministri tribunalis iam aliquo ecclesiastico beneficio provisi plerumque sunt : at simul sufficientia sint ipsa emolu-

menta ne iidem impediantur a servitio tribunali assidue praestando ex necessitate aliunde subsidia vitae quaeritandi.

Art. 19. Excmi Ordinarii in Coetibus circumscriptionis tribunalis statuent (si id sibi videatur necessarium) contributionem singularum dioecesium pro expensis tribunalis provincialis, proportionatam numero catholicorum et, si opportunum visum fuerit, causarum singularum dioecesium.

CAPUT IV

De taxis et expensis iudicialibus necnon de retributione procuratorum et advocatorum

Art. 20. Excmi Ordinarii in Coetibus Episcoporum circumscriptionis tribunalis provincialis, probe consideratis locorum et temporum adiunctis, approbent notulam taxarum et expensarum iudicialium necnon emolumentorum ad procuratores et advocatos spectantium pro causis in tribunali provinciali pertractandis ; quae emolumenta, uti par est, distabunt a procuratorum et advocatorum proventibus in tribunali S. R. Rotae vigentibus *(A. A. S,,* **vol. XXXI, p. 622).**

Art. 21. Notula expensarum et emolumentorum, de qua in praecedenti articulo, notificetur omnibus litigantibus ; Excmi Ordinarii autem et tribunalia prae oculis sedulo habeant praescripta art. 54 *Instructionis.*

NORMAE TEMPORARIAE SEU TRANSITORIAE

Quae praecedunt exsecutioni mandentur die ab Excmo Delegato Apostolico ditionis canadensis statuenda.

Quoad causas quae dicta die pendentes in prima instantia inveniantur in tribunalibus dioecesanis, ita procedatur :

1) Si libellus iam oblatus est, nec adhuc ad litis contestationem seu dubiorum concordantiam (c. 1727 Cod. I. C., art. 88 *Instructionis)* **deventum sit, libellus ipse- transmittatur ad competens tribunal provinciale, neque de causa ulterius agat tribunal dioecesanum.**

2) Si instructio processus sit tantum initiata et partes, necnon vinculi defensor et, si causae intersit, promotor iustitiae, non obstent, processus deferri potest ad tribunal provinciale.

3) Causa iam conclusa (art. 177 *Instructionis),* **tribunal dioecesanum sententiam definitivam edat necesse est.**

4) Idem fiat, mutatis mutandis, in causis quae agitantur in gradu appellationis.

5) A sententia tribunalis dioecesani, si quidem fuit primi gradus,

appellatio interponatur apud tribunal appellationis quod esset competens si eadem sententia lata fuisset a tribunali provinciali primae instantiae.

Si fuerit secundi gradus, applicentur praescripta communia de quibus in artt. 212-222 *Instructionis.*

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XII, in Audientia infrascripto huius Sacrae Congregationis Praefecto die 13 Maii 1946 concessa, praesentes Normas benigne confirmare et ratas habere dignatus est.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 13 Maii 1946.

D. Card. JORIO, *Praefectus.*

L. © S,

F. Bracci, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITITUM

i - •

SANCTI DEODATI seu SINARUM

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI IOANNIS MARTINI MOYË, SACERDOTIS E SOCIETATE PARISIENSI MISSIONUM AD EXTEROS, FUNDATORIS INSTITUTI SORORUM A PROVIDENTIA.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in casu et ad effectum de quo agitur.

Transiturus de hoc mundo ad Patrem : *Christus,* **ut ait Apostolus,** *asceiidens in altum çaptivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus* **(Eph. IV, 8). Secum enim Sanctorum animas, quae redemptionem praestolabantur, in caelum quidem adduxit, sed etiam omnes homines, diaboli captivos, felicissima captivitate donavit ; suosque Apostolos, discipulos Ecclesiaeque ministros, multiplicibus ditavit donis necessariisque instruxit adiumentis, ut hanc missionem, quam a Patre acceperat, prosequerentur; idcirco eis dixit:** *Euntes in mundum universum praedicate*

Evangelium omni creaturae. Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur **(Me. 10, 15-16).**

Venerabilis Ioannes Martinus Moyë mandatum hoc, sacerdotali ministerio intime coniunctum, perfecte est exsecutus. Inter fideles enim atque infideles populos, ut Dei regnum dilataretur, eosque suavissimo Christi iugo subderet impigre adlaboravit, atque, ut innumerae animae baptismi gratiam obtinerent, per sua scripta in Europa, per Virginum Institutum in Sinis est feliciter assecutus.

Gratum est de eius vita vix aliquid delibare. Die 27 Ianuarii a. D. 1730 in oppido Cutting, Metensis dioecesis, nunc Nanceien., e Ioanne Moyë ac Catharina Démange, moribus ac christiana pietate honestis, sextus e tredecim filiis, e quibus tres clero se addixerunt, natus est Ioannes Martinus, sequentique die baptismi aquis ablutus. Eius pietas in ipso familiae sinu cum aetate succrescebat ; quotidie sacro Missae sacrificio adstare, aliisque Ecclesiae functionibus, iam a puero in deliciis habebat. Philosophicis disciplinis Argentorati sub Patrum Societatis Iesu magisterio attendit, in Metensi denique Seminario, sacrae Theologiae operam navavit, dieque 9 Martii, mensis anno 1754 ad Presbyteratus ordinem fuit promotus. Vicarii cooperatoris munus fuit ei concreditum, quo in exemplum est functus, insignia animarum zeli, asperi vitae generis ac erga Deum religionis specimina exhibens. Non raro longas in adoratione sanctissimi Sacramenti protrahebat moras. Quod vitae genus tantam non modo fidelium, sed superiorum quoque ei conciliavit aestimationem, ut plures spirituali eius regimini se committerent atque Episcopalis Seminarii pietatis Magister eligeretur.

Ruralem olim paroeciam quum inviseret, pueros, veluti ab omnibus derelictos invenit, quos, cuiusque christianae ac civilis institutionis expertes, veluti ad criminosam vitam destinatos deplorans, societatem Sororum condere, quae tanto huic malo occurreret, mente concepit.

Quare factum est ut, Ordinario prius haesitante, postea approbante, anno 1762 Institutum *Sororum a Providentia* **fundaverit, regulisque instruxerit, quod adhuc in iuventae educationis bonum, Pontificia auctoritate firmatum, in Ecclesiae viridario succrescit ac floret.**

Postquam in sua dioecesi quindecim per annos impigre adlaboravit, ut infideles evangelizaret, martyrii quoque desiderio impulsus, anno 1769 in Parisiense Seminarium Missionum ad exteros admitti petiit; unde duobus annis post ad Apostolicum Vicariatum de Sut-chuen in Sinensi imperio fuit missus, quo post integrum annum pervenit. Tredecim per annos indefessum apostolatum exercuit, sanctitatis aestimatione non modo a Vicario Apostolico, sed et a fidelibus honestatum.

Multa enim in hoc ministerio est passus, immo fidem coram tyranno, qui eum tormentis subiecit, vitam fundere pro Christo paratus, fortiter confessus est. Usurarios contractus, etiam inter fideles usftatos, penitus eradicavit; *Opus evangelicum,* h. e. Sinensiurn Virginum Institutum, quae baptismum pueris morientibus ministrarent, atque in puellarum educationem atque instructionem incumberent, fundavit; quod nunc quoque floridum perseverat; pios libellos ad populi sensum accommodatos excudit. Haec atque cetera sui officii opera diligentissime, sum - moque animarum sibi commissarum emolumento, adimplevit, quae ad fidem amplectendam, perspecta viri sanctitate, movebantur aut in ea confirmatae perseverabant.

Mirabantur sane omnes asperrimum eius vitae genus, spontaneas paenas, quibus corpus vexabat ceterasque virtutes, quas supra communem etiam piorum hominum usum longe eminebant.

Laboribus paene confectus, in patriam a. 1782 redire coactus, undecim ferme adhuc annos vixit. Instituto a se condito impenso studio attendit, atque magna gallica seditione saeviente una cum pluribus Instituti sodalibus a. 1791 Treviros adivit ; ubi sequenti anno, dum infirmis ac moribundis typhica febre affectis adsidet, eodem et ipse morbo attactus, sacramentis roboratus iustorum mortem die 4 Maii 1793 oppetiit.

Legitimis de causis Ordinaria auctoritate super sanctitatis fama in episcopali Curia Sancti Deodati anno 1880 processus inceptus est atque quattuor post annos absolutus. Anno 1891 Leo XIII fel. rec. commissionem Introductionis causae sua manu signavit. Anno 1895, scriptis perpensis, Sacra haec Congregatio decretum edidit favorabile. Apostolicae inquisitiones a. 1900 perfectae sunt. Duobus annis post, processuum cum Ordinarii, tum Apostolici iuridicam vim approbans decretum, praeviis sanationibus occurrentibus, editum fuit.

Antepraeparatoria de virtutibus coetus coram Cardinali Dominico Ferrata, Causae Ponente, die 25 Februarii a. 1913 habitus est, in quo sicut in duobus Praeparatoriis subsequentibus, diebus 9 Martii 1920 ac 21 Iunii 1927, PP. Consultores in varias abiere sententias, eo quod documenta, super quibus tota causa innititur, non eis visa sunt aut absoluta aut critico examini subiecta. Historica huius Sacrae Congregationis Sectio, mandato excepto, critico examini omnia haec documenta subiecit, pluresque marte suo inquisitiones perfecit : ex quibus manifeste apparet Servum Dei virtutibus omnibus, et quidem in heroico gradu, ornatum fuisse, difficultates oppositas remotas fuisse et causam in eam devenisse conditionem, ut de ea coram Pontifice posset pertractari. Generalis itaque Congregatio coram Ssnio D. N. Pio Papa XII die 24 Aprilis, anni

huius, habita.est, in qua subscriptas Cardinalis, -S. **R. C. Praefectus ac Ponens seu Relator causae, dubium posuit discutiendum :** ***An*** *constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in prowimum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum* de quo agitur.* **Revmi Cardinales, Officiales Praelati, Patresque Consultores suum dedere suffragium, quod Summus Pontifex attente auscultava.**

Sententiam vero Suam edicere in hunc diem distulit 21 Maii, feriam secundam intra octavam Pentecostes, enixas interea preces Spiritui Sancto persolvens, ut mens Sua, intima Eius aspersione fecundata, iustum iudicium proferret.

Quocirca subscriptum Cardinalem, R. P. Salvatorem Catucci Fidei generalem Promotorem meque Secretarium arcessivit, atque sacrosancto Missae sacrificio sancte celebrato : *Ita constare,* **edixit^** *de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate in Deum et proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Servi Dei Ioannis Martini Moyë, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur, ut ad ulteriora procedi possit,* **nempe** *ad disceptationem quatuor miraculorum.*

Hoc autem decretum promulgari atque in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 21 Maii 1945.

£g **C. Card.** SALOTTI**, Ep. Praen.,** *Praefectus.*

h. © **S.**

A. Carinci, *Secretarius,*

II

URBIS ET ORBIS

ADDITIONES ET VARIATIONES IN FESTO S. ANTONII DE^ PADUA, CONFESSORIS ET ECCLESIAE DOCTORIS.

Die ÍS Junii

S. ANTONII DE PADUA CONFESSORIS ET ECCLESIAE DOCTORIS

Duplex

Omnia de Communi Doctorum, prœter sequentia:

IN **I** VESPERIS

Ad Magnificat Ant. **O Doctor optime, Ecclesiae sanctae lumen, beate Antoni, divinae legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.**

Oratio

Ecclesiam tuam, Deus, beati Antonii Confessoris tui atque Doctoris solemnitas votiva laetificet : ut spiritualibus semper muniatur auxiliis, et gaudiis perfrui mereatur aetérnis. Per Dominum.

Varianda et addenda sexto? lectioni in ultima periodo:

Quem Gregorius nonus. Pontifex maximus, sanctorum Confessorum numero adscripsit, et Pius duodecimus, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, universalis Ecclesiae Doctorem declaravit.

In II Vesperis fit a Capitulo de sequenti festo S. Basilii Episc. Conf. et Ecclesia? Doctoris cum Commemoratione praecedentis:: Ant. **Hic vir.**

Si vero de S. Antonio dicantur -integrae II V espero?, ad Magnificat erit Ant. **O Doctor,** *ut in I Vesperis, et pro Commemoratione S. Basilii sumitur Ant.* **Sacerdos et Pontifex.**

Missa. **In medio Ecclesiae,** *prœter orationes proprias:*

Oratio

Ecclesiam tuam, Deus, *ut supra in I Vesperis.*

Secreta

Praesens oblatio fiat, Dómine, *ut in MissalLhac die.*

Postcommunio

Divinis, Dómine, muneribus satiáti : quaesumus ; ut beati **Antonii Confessoris tui atque Doctoris meritis et intercessióne, salutaris sacrificii sentiamus effectum. Per Dominum.**

ADDENDA IN MARTYROLOGIO ROMANO

Die IS Junii

Patavii sancti Antonii Lusitani, sacerdotis ex Ordine Minorum et Confessoris atque Ecclesia? Doctoris, vita et miraculis ac praedicatione illustris ; quem, uno post illius obitum anno. nondum expleto, Gregorius Papa Nonus in Sanctorum canonem retulit.

Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XII specialiter tributarum, has additiones et variationes in Officio et Missa apponendas, de sancto Antonio Patavino, Confessore et Ecclesiae Doctore, necnon elogium in Martyrologio Romano, approbavit et in Breviario et Missali Romano inserenda esse decrevit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 1 Iunii 1946.

£B **C. Card.** SALOTTI**, Ep. Praen.,** *Praefectus.*

L. © S.

t A. Carinci, Archiep. tit. Seleucien., *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 14 maggio 1946, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *preparatoria,* **nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi, hanno discusso su due miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione del Beato Giuseppe Cafasso, confessore. Direttore del Collegio Ecclesiastico di Torino, e che vengono proposti per la sua canonizzazione.**

Martedì, 28 maggio 1946, nel Palazzo delle Congregazioni a San Callisto, alla presenza di Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Raffaello Carlo Rossi, Ponente della Causa di canonizzazione della Beata Maria Giuseppina Rossello, fondatrice dell'Istituto delle Figlie di Nostra Signora della Misericordia, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria,* **nella quale il Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso su due miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione della predetta Beata e che vengono proposti per la sua canonizzazione.**

Martedì, 11 giugno 1946, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla presenza degli Emi e Revmi Signori Cardinali e con l'intervento dei Revmi Prelati e Consultori della Sacra Congregazione dei Riti, ha avuto luogo la Congregazione *preparatoria* **sopra i miracoli del Ven. Servo di Dio Fratel Benildo, dell'Istituto dei Fratelli delle Scuole Cristiane.**

Martedì, 25 giugno 1946, nel Palazzo Apostolico della Dataria, alla presenza di Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Federico Tedescumi, Ponente o Relatore della Causa della Serva di Dio Raffaela Maria del Sacro Cuore, fondatrice della Congregazione delle Ancelle del S. Cuore, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *antepreparatoria,* **nella quale i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi, hanno discusso sulla eroicità delle virtù della detta Serva di Dio.**

Martedì, 9 luglio 1946, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria,* **nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali hanno discusso :**

1) Sulla introduzione della Causa di beatificazione e canonizzazione del Servo di Dio Emmanuele Domingo y Sol, sacerdote e fondatore della Congregazione deïi Sacerdoti Operai Diocesani.

2) Stilla introduzione della Causa di beatificazione e di canonizzazione del Servo di Dio Meinrado Engster, religioso converso dell'Ordine di S. Benedetto.

3) Hanno inoltre preso in esame la relazione dei revisori teologi! degli scritti dei Servi di Dio Mons. Guido M. Conforti, Arcivescovo Vescovo di Parma; Rev. Saturnino Ibarguren, della Compagnia di Gesù, e della Serva di Dio Cecilia Eusepi, del Terz'Ordine secolare dei Servi di Maria.

Martedì, 16 luglio 1946, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *ordinaria,* **nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali hanno discusso :**

1) Sulla riassunzione della Causa dèi Beato Carlo da Sezze, laico professo dei Frati Minori.

2) (Sulla concessione dell'Ufficio e Messa pròpria in onore della B. Maria Crocifissa di Rosa, vergine.

3) iSulla concessione dell'Ufficio e Messa propria in onore della Beata Maddalena di Canossa, vergine.

4) ¡Sulla concessione dell'Ufficio e Messa propria in onore di S. Margherita di Ungheria, vergine.

5) iSulla concessione di un Ufficio e di una Messa propria in onore della Beata Maria Vergine, Regina dei Frati Minori.

Martedì, 23 luglio 1946, presso Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Alessandro Verde, Ponente della Causa del Servo di Dio Giovanni Maria Roberto La Mennais, sacerdote, fondatore dell'Istituto dei Fratelli dell'Istruzione Cristiana e delle Figlie della Provvidenza, si è tenuta la Congregazione "dei Sacri Riti *antepreparatoria,* **nella quale i Revmi Consultori hanno dato il loro voto sul grado delle virtù del predetto Servo di Dio.**

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

23 aprile 1946. S. E. Revma Monsig. Alfredo Pacini, Arcivescovo tit. di Germia, *Nunzio Apostolico nelle Repubbliche di Haiti e Dominicana.*

2 **maggio » S. E. Revma Monsig. Giuseppe Burzio, Arcivescovo tit. di Gortina,** *Nunzio Apostolico in Bolivia.*

Ho » . » S. E. Revma Monsig. David Mathew, Arcivescovo tit. di Apamea di Bitinia, *Delegato Apostolico in*

Africa per le Missioni dipendenti dalla S. Congregazione « de Propaganda Fide».

11 maggio 1946. S. E. Revma Monsig. -Saverio Ritter, Arcivescovo tit. di Egina", *Nunzio Apostolico, Internuncio in Cecoslovacchia.*

-31 » » S. E. Revma Monsig. Luigi Arrigoni, Arcivescovo tit. di Apamea di Siria, *Nunzio Apostolico nel Perù.*

Con Biglietto della Segreteria di Stato in data 1 luglio 1946, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare il Reverendissimo Monsig. Paolo Igino Cecchetti, *Sotto Segretario della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.'*

Parimenti con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo. Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare.

Prelati domestici di Sua Santità:

17 febbraio 1946. Monsig. Federico Pfanzelt, dell'arehidiocesi di Monaco e Frisinga.
» » Monsig. Antonio Fischer, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Bernrieder, della medesima archidiocesi.
-27 » Monsig. Gualtiero Taubert, dell'arehidiocesi di Vienna.
1 marzo » Monsig. Clemente Echelmeyer, della diocesi di Münster.
» » » Monsig. Francesco Vorwerk, della medesima diocesi.
2 » » Monsig. Emerico Nemeth, dell'arehidiocesi di Strigonia.
» » » Monsig. Carlo Kozlowski, dell'arehidiocesi di Cracovia.

Camerièri segreti soprannumerari di S. S.:

giugno 1944. Monsig. Giuseppe Bothe, della diocesi di Münster.
» » » Monsig. Giuseppe Kamps, della medesima diocesi.
21 ottobre 1945. Monsig. Giovanni Kodatsch, dell'amministrazione apostolica di Burgenland.
» » Monsig. Carlo Michel, della medesima amministrazione apostolica.
» » Monsig. Riccardo Casey, dell'arehidiocesi di Dublino.
» » Monsig. Giovanni Gabriel, dell'arehidiocesi di Vienna.
1Z novembre » Monsig. Genesio Ferrari, della diocesi di Cremona.
» Monsig. Giovanni K. Olarke, dell'arehidiocesi di Los Angeles.
» Monsig. Patrizio Giuseppe Dignan, della medesima archidiocesi. «
» » » Monsig. Giacomo E. Dolan, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Fidenzo Edmondo Esparta, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Michele Francesco A. O'Connor, della medesima archidiocesi.
22 gennaio 1946. Monsig. Giuseppe Bank, dell'arehidiocesi di Strigonia.
» » » Monsig. Placido Blaskovics, della medesima archidiocesi.

22 gennaio 1946. Monsig. Francesco Ibranyi, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Marczy, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Alessandro Szepesdi, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Andrea Zakar, della medesima archidiocesi.
» » » Mons%. Giuseppe Horvath, della diocesi di Veszprimia.
» » » Monsig. Ladislao Lekai,. della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Pierobon, della diocesi di Padova.
26 » » Monsig. Calogero Cumbo, della diocesi di Agrigento.
» » » Monsig. Agostino Sansone, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carlo Braccini, della diocesi di Gubbio.
» » » Monsig. Francesco iSignorelli, *àeìkb* diocesi di Vallo di Lucania.
» » » Monsig. Zenone Kalinowski, della diocesi di Wladislavia.
» » » Monsig. Ignazio Majewski, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Stefano Martuzalski, della medesima diocesi.
15 febbraio » Monsig. Francesco Cipriota, della diocesi di Cassano all'Ionio.
» » » Monsig. Francesco Pennini, della medesima diocesi.
)) » • » Monsig. Emanuele Lopes da Cruz, del patriarcato di Lisbona.
» » » Monsig. Giuseppe Soriani, della diocesi di Montefeltro.
» » » Monsig. Augusto Guerra, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Mirra, della diocesi di Nepi.
17 » » Monsig. Giuseppe Stelzle, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.
20 » » Monsig. Paolo Adamus, della diocesi di Berlino.
» » » Monsig. Giacomo Bolvin, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Felice Hasse, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Renato Leppelt, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Adolfo Nolevaika, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giorgio von Unold, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Heurigs, dell'amministrazione apostolica di Burgenland.
» » » Monsig. Edoardo Maitz, della medesima amministrazione apostolica.
» » » Monsig. Francesco Aegenwort, della diocesi di Münster.
» » » Monsig. Bernardo Bonkamp, della medesima diocesi.
)) » » Monsig. Ulderico Huthmacher, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Bernardo Behmen, della diocesi di Osnabruch.
» . » » Monsig. Giorgio Drener, dell'archidiocesi di Saint Louis.
» » » Monsig. Marco S. Ebner, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Carlo Enrico Helmsing, della medesima archi - diocesi.
» * » » Monsig. Giovanni W. Marren, della medesima archidiocesi. -
» » » Monsig. Giovanni J. Martin, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni S. Moser, della medesima archidiocesi.
» * » » Monsig. Edoardo Enrico Prendergast, della medesima archidiocesi.
» » » . Monsig. Rodolfo Bernardo Schüler, della medesima archidiocesi.

20-'febbraio 1946. Monsig. Enrico Edoardo Stitz, della medesima archidiocesi.

1 marzo Monsig. Giovanni Schmid, dell'arehidiocesi di Chicago.

Monsig. Guglielmo Gorman, della medesima archidiocesi.

Monsig. Giovanni Fitzgerald, della medesima archidiocesi.

» Monsig. Eugenio Mulcakey, della medesima archidiocesi.

» Monsig. Matteo Cummins, della medesima archidiocesi.

» Monsig. Martino Hayden, della medesima archidiocesi.

» Monsig. Ludovico Kasprzyk, dell'arehidiocesi di Cracovia.

» » Monsig. Edoardo Lubowiecki, della medesima archidiocesi.

» » Monsig. Andrea Mroczck, della medesima archidiocesi.

» » Monsig. Leonardo Prochownik, della medesima archidiocesi.

» » Monsig. Giovanni Skarbek, della medesima archidiocesi.

» » Monsig. Giuseppe Winkowski, della medesima archidiocesi.

» Monsig. Giovanni Quiel, della diocesi di Mtìnster.

» Monsig. Enrico Roth, della medesima diocesi.

» » Monsig. Giuseppe Schmitz, della medesima diocesi.

Monsig. Alfonso Maria Parent, dell'arehidiocesi di Quebec.

» » Monsig. Giuseppe De La Cerda Plaz, dell'arehidiocesi di Santiago del Chile.

.» » » Monsig. Eladio del.Villar, della medesima archidiocesi.

» Monsig. Augusto Molina, della medesima archidiocesi.

» » Monsig. Alberto Munita Portales, della medesima archidiocesi.

•2 » » Monsig. Giulio van Nuffel, dell'arehidiocesi di Malines.

•3 » » Monsig. Ermanno Jansen, dell'arehidiocesi di Colonia.

» » » Monsig. Uberto Jansen, della medesima archidiocesi.

» » Monsig. Guglielmo Robens, della medesima archidiocesi.

» » Monsig. Enrico Schneider, della medesima archidiocesi.

o » Monsig. Alberto Ooppenrath, della diocesi di Berlino.

» » » Monsig. Guglielmo Kutsch, della medesima diocesi.

8 » Monsig. Giacomo Cornelio van der Lo os, della diocesi di Haarlem.

9 Monsig. Emilio Venturi, dell'arehidiocesi di Chieti.

» » Monsig. Giuseppe Panichi, della diocesi di Gubbio.

» Monsig. Antonio Ascione, delFarchidiocesi di Napoli.

» Monsig. Giovanni Del Gatto, della medesima archidiocesi.

» » Monsig. Francesco De Rosa, della medesima archidiocesi.

» » Monsig. Andrea Pancrazio, della diocesi di Padova.

» Monsig. Benedetto Caiola, della diocesi di Patti.

Monsig. Antonino Portale, della medesima diocesi.

» » Monsig. Marco Carlesso, della diocesi di Vicenza.

13 » Monsig. Giuseppe Garcia Vega, dell'arehidiocesi di S. Cristoforo dell'Avana.

». » Monsig. Apollinare Lopez, della medesima archidiocesi.

» Monsig. Arcadio Marinas, della medesima archidiocesi.

» » . Monsig. Alfredo Mulier, della medesima archidiocesi.

14 » Monsig. Riccardo Sch Wickert, della diocesi di Limhurgo.

21 marzo 1946. Monsig. Giuseppe Pazzaglia (Roma).
4 aprile » Monsig. Davide D'Aniello, della diocesi di Castellammare di Stabia.
» » » Monsig. Giovanni D'Autuono, della medesima diocesi.
» Monsig. Mose Mascólo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Nicola Santarpia, della medesima diocesi.
» » Monsig. Giulio Melani, della diocesi di Livorno.
» » » Monsig. Antonio Rosario Mennonna, della diocesi di Muro-Lucano.
» » Monsig. Pasquale Quaremba, della medesima diocesi.
» Monsig. Carlo Pierantoni, della diocesi di Vallo di Lucania.
16 » Monsig. Stefano Robino, della diocesi di Asti.
» » » Monsig. Luigi De Lotto, della diocesi di Belluno.
» » Monsig: Leone Bentivoglio, dell'archidiocesi di Trento.
2 maggio 1946. Monsig. Adolfo Viera, della diocesi di Concezione e Chaco.
» » » Monsig. Gerardo Pietro Giuseppe van der Burg, della diocesi di Haarlem.
» » Monsig. Giuseppe Menga, della diocesi di Monopoli.
8 » » Monsig. Francesco Antonio Cangro, della diocesi di Sorocaba.
» » Monsig. Giovanni Sandoval Pacheco, della medesima diocesi.

Camerieri segreti soprannumerari di spada e cappa di 8. 8. :

20 aprile 1939. Il sig. Conte Casimiro Kalka Ledochowski, della diocesi! di Culma.
24 febbraio 1944. Il sig. Marchese Gastone de Maupeau Moubail, della diocesi di Tolone.
10 gennaio 1946. Il sig. Conte Federico Carlo de iSchönborn Wiesentheid,. della diocesi di Wurzburg.
1 marzo » Il sig. Conte Cristoforo Bernardo von Galen, della diocesi di Münster.
» » » Il sig. Eduardo Marin Larrain, dell'archidiocesi di Santiago del Chile.
9 » » Il sig. Conte Don Aldrighetto di Castelbarco Albani, della diocesi di Pesaro.

*Cameriere d'onore soprannumerario di spada e cappa di 8. 8. : **

23 dicembre 1945. Il sig. Ludomillo Pulaski, della diocesi di Wladislavia.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di 8. 8.:

21 ottobre 1945. Monsig. Edoardo Köck, dell'archidiocesi di Vienna.
» » » Monsig. Giuseppe Streidt, della medesima archidiocesi.
26 "gennaio 1946. Monsig. Adamo Jankowski, della diocesi di Wladislavia,,
» » » Monsig. Pietro Kotarski, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Stanislao Kowalski, della medesima diocesi.

26 gennaio 1946. Monsig. Giuseppe Lesnik, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ludovico Wyssòkowski, della medesima diocesi.
15 febbraio » Monsig. Filippo Baldassini, della diocesi di Montetfeltro.
» Monsig. Clemente Altobelli, della diocesi di Veroli.
» Monsig. Antonio Biondi, della medesima diocesi.
» Monsig. Adolfo Brocchi, della medesima diocesi.
» Monsig. Guido Spani Molella, della medesima diocesi.
» Monsig. Guido Ranalli, della medesima diocesi.
» Monsig. Gaetano Vitaliani de Bellis, della medesima diocesi.
1 marzo » Monsig. Enrico Portmann, della diocesi di Münster.
3 » » Monsig. Enterico Toma, dell'arehidiocesi di Strigonia.

Cappellani/ segreti d'onore di 8. 8. :

22 gennaio 1946. Monsig. Mattia Geiszbuhl, della diocesi di Giavarino.
» » » Monsig. Giovanni Lanyi, della medesima diocesi.
15 febbraio » Monsig. Armando Nascetti, dell'arehidiocesi di Bologna.
***y* » » Monsig. Giovanni Crociani, della diocesi di Orvieto.**
» » » Monsig. Girolamo Montini, della medesima diocesi^

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, ***Glasse*** *civile :*

17 febbraio 1946. Al sig. Conte Giuseppe Maria de Soden, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.
» » » Al sig. Ermanno Vitalovitz, della medesima archidiocesi.
20 » » Al sig. Stefano Pau Chao ying (Cina).
» » » Al sig. Francesco Hsieh Tsuum shing (Cina).
3 marzo » Al sig. Paolo Heinemann, dell'arehidiocesi di Colonia.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

20 febbraio 1946. Al sig. Oscar Kuehn, dell'arehidiocesi di Vienna.
2 marzo » Al sig. Nicola Bertmann, dell'arehidiocesi di Strigonia.

Ija Commenda dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

17 febbraio 1946. Al sig. Giuseppe Lurtsch, dell'arehidiocesi di Monaco e Frisinga.
3 marzo » Al sig. Carlo Hauke, dell'arehidiocesi di Colonia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa i

17 febbraio 1946. Al sig. Giuseppe Berenbold dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.

2 marzo » Al sig. Adamo Kramarzynski, dell'archidiocesi di Cracovia.

.» » » Al sig. Daniele Rabey-Rabel, dell'archidiocesi di Strigonia.

NECROLOGIO

3 aprile 1946. Monsig. Benedetto Paolo Alves de Souza, Vescovo tit. di Orisa.

11 » Monsig. Giovanni Bargiggia, Vescovo di Vigevano.

20 » Monsig. Giorgio -Chaquet, Vescovo di Tarbes e Lourdes.

.24 » Monsig. Giovanni Kurio, Vescovo di Amadia dei Caldei.

5 maggio* Monsig. Antonio Colturato, Vescovo di Botucatú.

6 » Monsig. Casimiro Bukraba. Vescovo di Pinks.

7 » Monsig. Enrico Vielle, Vescovo tit. di Tebe di Ftiotide, Vicario Apost, di Rabat.

8 » Monsig. Adolfo Ivone Maria Duparc, Vescovo di Quimper.

» Monsig. Giacomo Dey, Vescovo tit. di (Sebastopoli.

ìa » Monsig. Filippo Rincón Gonzalez. Arcivescovo di Caracas.

18 » Monsig. Giovanni Maria Blois, Arcivescovo di Mukden.

19 Monsiff. Edoardo Rostaing, Vescovo tit. di Curio, Vicario Apost, di Antsirabè.

20 » Emo Signo r Card. ENRICO GASPARRI, Vescovo suburbicaria di Velletri, Prefetto del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.

25 » Monsig. Gaspare Thaçi, Arcivescovo di Scutari.

30 giugno Monsig. Giuseppe Stefano Garic, Vescovo di Banjaluka.

» » Monsig. Emanuele Fulcheri y Pietrasanta,. Vescovo di Zamora nel Messico.

19 luglio Monsig. Rodolfo Orler, Vescovo tit. di Prusiade, Vicario Apost, del Bahr-el-Ghazal.

20 » Monsig. Luciano Geraci, Vescovo tit. di Metone, Prelato di Santa Lucia del Mela

23 » Mensis;. Pasquale Berardi, Arcivescovo tit. di Nacolia.

An. ei vol. XXXVIII 14 Septembris 1946 (Ser. II, v. XIII) - Num. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA Pii PP. .XII

CONSTITUTIO APOSTOLICA

SINARUM

HIERARCHIA EPISCOPALIS IN SINIS INSTITUITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quotidie Nos, universo christiano orbi, licet immerito, praepositi, suprema ex hac Petri cathedra tamquam e specula dominicum agrum circumspicientes et in dissitas potissimum gentes evangelicae adhuc ignaras veritatis mentis Nostrae oculos concupiscenti animo converten tes, humillimas Patri Nostro, qui est in caelis, preces effundimus, ut Eius regnum toto terrarum orbe iuxta Christi praeceptum prolatetur stabiliusque constituatur. Quas quidem humillimas preces Nostras misericors Deus numquam non exaudiré dignatur; neminem profecto latet et maximum Nobis solatium affert in hac temporum acerbitate quod non paucae et amplissimae regiones *albae sunt iam ad messem* **(Ioan. IV, 35), in Asia Orientali, praesertim frequentissima incolarum regio Sinensis, ubi impensae Evangelii praeconum operae, indefessum cleri, in - digenae apostolicum studium, Deo auctore, largiter iam adimitur.**

Primum quidem catholica fides sub fine saeculi decimi tertii per cl. mem. Ioannem de Montecorvino et B. Odoricum a Portunaone in Sinas invecta est, ac magnopere per totum saeculum decimum quartum per Franciscalis familiae sodales disseminata. Postea vero cum christiana res penitus intercidisset, iterum exeunte saeculo decimo sexto feliciter

lateque diffusa est, sub sapienti ductu Alexandri Valignano, opera praesertim Michaelis Ruggieri, Matthaei Ricci et aliorum Patrum Societatis Iesu, quibus dein adsciti sunt e Franciscali et Dominiciana familia Patres, nec non ex ordine Eremitarum S. Augustini, e Congregatione Missionis et e Parisiensi Societate Missionum ad Exteras Gentes sodales.

Hisce autem temporibus catholicum nomen maximum habuit incrementum post Apostolicae Delegationis institutionem, a fel. rec. Pio Papa Undecimo, Decessore Nostro, apostolicis litteris die nona Augusti mensis, anno Domini millesimo nongentesimo vicesimo secundo datis, feliciter peractam, post Plenarium et a praedicata illic Evangelio Primum Concilium, anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto in Sciamhsevensi *(Shanghai)* **urbe sollemniter celebratum, post plurium locorum Ordinariorum ex ipsa sinensi gente or** ter **um electionem, valide inde adiuvantibus recentioribus missionalibus Congregationibus et Institutis, adeo at impraesentiarum centum triginta septem habeantur ecclesiasticae circumscriptiones ; quarum novem et nonaginta ad Vicariatus Apostolici gradum evectae, ceterae in Apostolicas Praefecturas constitutae sunt. Ex iisdem autem viginti octo nunc a Praelatis e Clero indigena assumptis reguntur, quorum unus et viginti, charactere episcopali ornati, Apostolicis Vicariatibus praesunt; porro plus quam tricies centena millia hominum adnumerantur sacro baptismate ablutorum et septies circiter centena millia cathecumenorum; quinque autem fere millia exsistunt sacrorum operariorum, quorum duo circiter millia ex ipsa sinensi gente; qui omnes sollerti adiuvantur opera mille ducentorum sexaginta duorum religiosorum sodalium et sex millium centum triginta trium religiosarum mulierum.**

In singulis Vicariatibus Apostolicis et in plerisque Praefecturis minus seminarium habetur pro puerorum institutione in spem Ecclesiae succrescentium, qui dein sacris imbuuntur disciplinis in maioribus seminariis, quorum duodecim exstant canonice erecta regionalia, quinque vero quae vocantur inter missionalia.

Unum autem ex Sinensibus Ordinariis, venerabilem Fratrem Thomam Tienchensin[1] Episcopum titularem Ruspensem et Vicarium Apostolicum de *Tsingtao* **in Sacrum S. R. E. Cardinalium Collegium nuper coopta vimus.**

Auspicatissimis itaque hisce catholici nominis incrementis permoti, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinaliuin Sacrae Con-

[1] ***Anglice:*** **Tien Ken-hsin.**

gregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, Iubenti animo supplices praefati dilecti Filii Nostri Thomae S. R. E. Cardinalis Tienchensin Nobis oblatas preces excipientes, opportunum rati advenisse tempus, quo firmiori modo et ordine christifidelium cura, regimen et disciplina in immenso Sinensi territorio constituatur, episcopalem hierarchiam in Sinis, sicuti in ceteris catholici orbis nationibus, instituere statuimus.

Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Sancti Divini Spiritus effusis precibus lumine invocato, atque Beatissimae Virginis, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, nec non Beatorum Martyrum, qui generoso animo et effuso sanguine Christum Sinensibus annuntiarunt, certa scientia, Omnibus mature perpensis, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ad maiorem Dei gloriam et catholicae fidei incrementum, harum Litterarum tenore, episcopalem in Sinis hierarchiam prout sequitur erigimus et constituimus.

In primis sequentes viginti provincias ecclesiasticas erigimus, et certam pro unaquaque earum sedem metropolitanam constituimus atque singulis metropolitanis Ecclesiis suffraganeas dioeceses assignamus, id est : I) in provincia Momcuvana *(Mongolia)* **sedes Soeiiüenensis (de** *Suiyüan)* **erit metropolitana; dioeceses Nimsciiana (de** ***Ninpr****hsia),* **Sivanzeana (de** *Siwantze),* **Zinimensis (de** *Tsinmg)* **erunt suffraganeae ; II) in provincia Manceuvensi** *(Manmuria)* **sedes Fomtienensis (de** *Fengtien* **seu** *Mukden)* **erit metropolitana; dioeceses Chilinensis; (de** *Kwin),* **Fuscioenensis (de** *Fushtm),* **Sepimchiaevensis (de** *Szeping~ hai),* **Ienchivensis (de** *Yenki),* **Geholensis (de** *Jehol)* **erunt suffraganae ;¡ III) in provincia Hopeana** *(Hopeh)* **sedes Pechimensis (de** *Peking)* **erit; metropolitana, dioeceses vero Ngancuovensis (de** *Ankwo),* **Ciaoscienensi» (de** *Ghaohsien),* **Sciensciensis (de** *Sienhsien)^* **Cemtimënsis (de** *Ghengting),* **Paotimensis (de** *Paoting),* **Scioenteana (de** *Shunten),* **Siüenhoa-; vensis (de** *Siianhwa),* **Tienzinensis (de** *Tientsin),* **Iomnienina (de** *Yungnien),* **Iompimensis (de** *Yungping)* **erunt suffragarne; IV) in provincia; Sciantomensi** *(Shantung)* **sedes Zinanensis (de** *T siman)* **erit metropolitana et dioeceses Ientaevensis (de** *Y entai* **seu** *Chefoo),* **Ceuzüenensis (de** *Chowtsun),* **Iceuvensis (de** *Ichow),* **Zaoceuvensis (de** *Tsaochow),* **Zimtaovensis (de** *Tsingtao),* **lamcuvensis (de** *Yangku),* **Ienceuvensis (de** *Yenchow),* **erunt suffraganeae; V) in provincia Sciansiana** *(Shansi)* **sedes Tseiüenensis (de** *Taiyüan)* **erit metropolitana ; dioeceses, vero Feniamensis (de** *Fenyamg),* **Lunganensis** *(deLuan),* **ScioceuvOnsis (de** *Shohchow),* **Tatomensis (de** *Tatung),* **Iüzeana (de** *Yiltze)* **erunt suffraganeae,; VI) in pro-**

vincia Scensiana *(Shensi)* **sedes Singanensis (de** *Sian)* **erit metropolitana, dioeceses autem Fomsiamensis (de** *Fengsiang),* **Hanciomensis (de** *Handlung)* **, Saniüenensis (de** *Sanyüan),* **Ienngganensis (de** *Yenan)* **erunt suffraganeae ; VII) in provincia Oansuana** *(Kansu)* **sedes Laneeuvensis (de** *Lanchow)* **erit metropolitana, cui dioecesis Zinceuvensis (de** *Tsinchow)* **erit suffraganea; VIII) in provincia CMamsuana** *(Kiangsu)* **sedes ÍJanchimensis (de** *Nanking)* **erit metropolitana, eique suffraganeae erunt dioeceses Haemenensis (de** *Haimen),* **Sciamhaevensis (de** *Shanghai)* **et Siüceuvensis (de** *Buchow);* **IX) in provincia Nganhoeivensi** *(Anhwei)* **sedes Nganchimensis (de** *Anhing)* **erit metropolitana, et dioeceses Pampüvensis (de** *Pengpu)* **et Uhuvensis (de** *Wuhu)* **erunt suffraganeae; X) in provincia Honanensi** *(Honan)* **sedes Chaefomensis (de** *Kaifeng)* **erit metropolitana, cui dioeceses Cemceuvensis (de** *Chengchow),* **Ciumatienensis (de** *Chumatien),* **Ooeitevënsis (de** *Kweiteh),* **Loiamensis (de** *Loyang)^* **Naniamensis (de** *Nanyang),* **Siniamensis (de** *Sinyang)* **et ITeihoeivensis (de** *Weihwei)* **erunt suffraganeae; XI) in provincia Secioanensi** *(Szechwan)* **sedes Ciomchimensis (de** *Ghungking)* **erit metropolitana, cui suffraganeae erunt dioeceses Cemtuana (de** *Chengtu),* **Chiatimensis (de** *Kiating),* **Mmiüenensis (de** *Ningyiian),* **Scioenchimensis (de** *Shunking),* **Siüfuana (de** *Suif u),* **Camtimensis (de** *Kangting* **seu** *Tatsierilu)* **et Uaiiscienensis (de** *Wanhsien);* **XII) in provincia Hüpeana** *(Hupeh)* **sedes Han - cheuvensis (de** *Hankow)* **erit metropolitana, dioeceses vero Haniamensis (de** *Hanyang),* **Iciamensis (de** *Ichang),* **Chiceuvensis (de** *Kichow),* **Laoliocheuvensis (de** *Laohokow),* **Scenanensis (de** *Shihnan),* **et Uciamensis (de** *Wuchang)* **erunt suffraganeae; XIII) in provincia Hunanensi** *(Hunan)* **sedes Ciamsciavensis (de** *Changsha)* **erit metropolitana, eique erunt suffraganeae Ciamteana (de** *Changteh),* **Hemceuvensis (de** *Hengchow)* **et lüenliménsis (de** *Yüanling)* **dioeceses; XIV) in provincia Chiamsiana** *(Kiangsi)* **sedes Nanciamensis (de** *Nanchang)* **erit metropolitana, cui suffraganeae erunt dioeceses Oanceuvensis (de** *Kanchow),* **Chinganensis (de** *Kian),* **Nancemensis (de** *Nancheng)* **et Iüchiamensis (de** *Yükiang);* **XV) iii provincia Cechiamensi** *(Chekiang)* **sedes Hamceuvensis (de** *HangohOw)* **erit metropolitana, cui suffraganeae erunt dioeceses Mmpuovensis (de** *Ningpo)* **et Tseceuvénsis (de** *Taichoiv)* **; XVI) in provincia Fuchienensi** *(Fukien)* **sedes Fuceuvensis (de** *Foochotv)* **erit metropolitana, et dioeceses Sciiamenensis (de** *Hsiamen* **seu** *Amoy)* **ac Funimensis (de** *Funing)* **erunt ei suffraganeae ; XVII) in provincia Ooamtomensi** *(Kwangtung)* **sedes Ooamceuvensis (de** *Kwangchow* **seu** *Canton)* **erit metropolitana, cui suffraganeae erunt Sciiamctriamensis (de** *Hsiangkiang* **seu** *Hongkong),* **Chiaïmensis (de** *Kiaying* **seu** *Kaying),* **Ohiammenensis (de** *Kiang-*

men **seu** *Kongmoon),* **Pehaevensis (de** *Pehai* **seu** *PaJch-oi),* **Sciaoceuvensis (de** *Shaochow* **seu** *Shiuchow),* **et Scianteuvensis (de** *Shantow* **seu** *Bwatow)* **dioeceses; XVIII) in provincia Coamsiana** *(Kwangsi)* **sedes Nannimensis (de** *Nmming)* **erit metropolitana et illi suffraganea erit dioecesis Uceuvensis (de** *Wuohoiv)* **; XIX) in provincia Coeiceuvensi** *(Kweichow)* **sedes Coeiiamensis (de** *Kweyang)* **erit metropolitana, cui Nganlomensis (de** *Anlung* **seu** *Lanlung)* **dioecesis erit suffraganea; XX) in provincia tandem Iünnanensi** *(Yiinnan)* **sedes metropolitana erit Ooenmimènsis (de** *Kungming* **seu** *Yünnan),* **cui suffraganea dabitur sedes Taliana (de** *Tali).*

Quibus viginti, quas memoravimus, ecclesiasticis provinciis una cum suis metropolitanis et cathedralibus Ecclesiis uti supra erectis et constitutis, Archiepiscopi seu Episcopi sedem in locis, a quibus unaquaeque archidioecesis vel dioecesis nomen mutuatur, figimus et constituimus; Antistitis vero cathedram in ecclesia, quae hucusque princeps habebatur in Vicariatibus Apostolicis ad archidioecesis seu dioecesis gradum et dignitatem nunc evectis.

Singulis autem novarum harum Archidioecesium seu Dioecesium pro tempore Antistitibus omnia concedimus iura et privilegia, honores, insignia et favores, quibus ceteri per orbem Metropolitae seu Episcopi iure communi fruuntur et gaudent; itemque omnia Antistitibus ipsis iniungimus onera et obligationes, quibus ceteri Antistites adstringuntur ; Archiepiscopis vero facultatem peculiarem tribuimus Crucem ante se deferendi et sacro Pallio utendi, postquam tamen hoc in sacro Consistorio ab Apostolica Sede de more postulatum et obtentum fuerit.

Cum porro locorum et temporis huius adiuncta haud permittant quominus in novis istis dioecesibus canonicorum capitula instituantur, indulgemus ut pro canonicis consultores dioecesani ad iuris tramitem eligantur et adhibeantur.

Quod vero ad earumdem dioecesium regimen et administrationem attinet ; ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem ; ad clericorum et fidelium iura et onera; aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones decernunt.

Episcopalem insuper uniuscuiusque dioecesis mensam constituent reditus iam ibi exsistentes et fidelium oblationes quae ad hunc finem colligentur.

Volentes insuper Nos quas uti supra constitutas Sedes idoneis providere Pastoribus, venerabiles Fratres dignissimos Praesules, qui usque nunc in sibi creditis Vicariatibus Apostolicis tam sedulam catholicae religioni"provehendae curam contulerunt, Archiepiscopos vel Epi-

scopos suae cuiusque Sedis renunciainus et constituimus, atque propterea illos a vinculo absolvimus episcopalium Ecclesiarum, quarum titulos una cum Vicariatu hucusque tenuerunt, nec non earumdem novarum Ecclesiarum sibi commissarum curam, regimen et administrationem tum in spiritualibus tum in temporalibus plenarie committimus una cum omnibus iuribus et privilegiis, oneribus et obligationibus suo pastorali muneri inhaerentibus.

De apostolicae igitur potestatis Nostrae plenitudine :

IN PROVINCIA MOMCUVANA :

V. Fr. Ludovicum Morel a titulari Ecclesia Araxensi ad metropolitanam Ecclesiam Soeiiüenensem transferimus ;

V. Fr. Leonem Desmedt a titulari Ecclesia Adraena ad cathedralem Ecclesiam Sivanzeanani ;

V. Fr. Ioseph Fanhemngan[2] a titulari Ecclesia Paphiensi ad cathedralem Ecclesiam Zinimensem ;

V. Fr. Carolum van Melckebeke a titulari Ecclesia Sufetana ad cathedralem Ecclesiam Mmsciianam.

IN PROVINCIA MANCEUVENSI :

V. Fr. Ioannem Mariam Blois a titulari Ecclesia Lambaesitana ad metropolitanam Ecclesiam Fomtienensem ;

V. Fr. Augustum Gaspais a titulari Ecclesia Canopitana ad cathedralem Ecclesiam Chilinensem;

V. Fr. Aloisium Janssens a titulari Ecclesia Faustinopolitana ad cathedralem Ecclesiam Geholensem;

V. Fr. Aloisium Lapierre a titulari Ecclesia Oardicensi ad cathedralem Ecclesiam Sepimchiaevensem ;

V. Fr. Theodorum Breher a titulari Ecclesia Hieritana ad cathedralem Ecclesiam Ienchivensem ;

V. Fr. Franciscum Aloisium Lane a titulari Ecclesia Hypaepena ad cathedralem Ecclesiam Fuscioenensem ;

IN PROVINCIA HOPEANA :

V. Fr. Ioannem de Vienne a titulari Ecclesia Abrittena ad cathedralem Ecclesiam Tienzinensem ;

V. Fr. Eugenium Lebouille a titulari Ecclesia Oonanensi ad cathedralem Ecclesiam lompimensem ;

[3] ***Anglice:*** **Fang Heng-an.**

V. Fr. Ioseph Oeuzisce[3] a titulari Ecclesia Cratiensi ad cathedralem Ecclesiam Paotimensem ;

V. Fr. Ioannem Ciampité[4] a titulari Ecclèsia Antipyrgensi ad cathedralem Ecclesiam Giaoscienensem ;

V. Fr. Ioseph Zoeisceusiün[5] a titulari Ecclesia Tanaitana ad cathedralem Ecclesiam Iomnieninam ;

V. Fr. Ioseph- Ciamgioenpuo[6] a titulari Ecclesia Tadamatensi ad cathedralem Ecclesiam Siüenhoavensem ;

V. Fr. Ioannem Baptistam Uamzemi[7] a titulari Ecclesia Eamiana ad cathedralem Ecclesiam Ngancuovensem ;

V. Fr. Franciscum Xaverium Ciaocenscem[8] a titulari Ecclesia Bisicensi ad cathedralem Ecclesiam Scienscienensem ; .

V. Fr. Iob Cenchimim[9] a titulari Ecclesia Pertensi ad cathedralem Ecclesiam Cemtimensem ;

V. Fr. Ignatium Krause a titulari Ecclesia Bindaea ad cathedralem Ecclesiam Scioenteanam ;

IN PROVINCIA SCIANTOMENSI :

V. Fr. Cyrillum Rodulphum Jarre a titulari Ecclesia episcopali Metropolitana in Asia ad metropolitanam Ecclesiam Zinanensem ;

V. Fr. Thomam S. R. E. Cardinalem Tienchénsin a titulari Ecclesia Ruspensi ad cathedralem Ecclesiam Zimtaovensem ;

V. Fr. Franciscum Hoowaarts a titulari Ecclesia TJcrensi ad cathedralem Ecclesiam Zaoceuvensem ;

V. Fr. Theodörum Schu a titulari Ecclesia Trapezopolitana ad cathedralem Ecclesiam Ienceuvensem ;

V. Fr. Henricum Ambrosium Pinger a titulari Ecclesia Capitoliensi ad cathedralem Ecclesiam Ceuzüenensem ;

V. Fr. Carolum Weber a titulari Ecclesia Daldiana ad cathedralem Ecclesiam Iceuvensem;

V. Fr. Lodovicum Prosperum Durand a titulari Ecclesia Sebeliensi ad cathedralem Ecclesiam lentaevensem ;

V. Fr. Thomam Meuhoeichim[10] a titulari Ecclesia Serteitana ad cathedralem Ecclesiam Iamcuvensem;

[3] *Anglice :* **Chou Chi-shih.**
[4] *Anglice:* **Chang Pi-te,** *idem subscribit:* **Tchang**
[5] *Anglice:* **Tsui Shou-hsün,** *idem subscribit,* **Ts'oei.**
[6] *Anglice* **: Chang Jun-po,** *idem subscribit :* **Tehang¿**
[7] *Anglice:* **Wang Tseng-yì.**
[8] *Anglice* **: Chao Chen-sheng,** *idem subscribit* **: Tchao,**
[9] *Anglice :* **Chen Chi-ming,** *idem subscribit :* **Tehenn.**
[10] *Anglice* **: Niu Hui-ching,**

IN PROVINCIA SCIANSIANA :

V. Fr. Dominicum Lucam Capozi a titulari Ecclesia Attalensi in Pamphylia ad metropolitanam Ecclesiam Taeiüenensem ;

V. Fr. Franciscum Lieuchinuen[11] a titulari Ecclesia Lampsacena ad cathedralem Ecclesiam Feniamensem ;

V. Fr. Franciscum Joosten a titulari Ecclesia Germanicopolitana ad cathedralem Ecclesiam Tatomensem ;

V. Fr. Edgarium Antonium Haering a titulari Ecclesia Antedonensi ad cathedralem Ecclesiam Scioceuvensem ;

V. Fr. Hermenegildum Focaccia a titulari Ecclesia Antiphrensi ad cathedralem Ecclesiam Iüzeanaín;

V. Fr. Franciscum Gerardum Constantem Kramer a titulari Ecclesia Europensi ad cathedralem Ecclesiam Lunganensem ;

IN PROVINCIA SCENSIANA :

V. Fr. Pacificum Iulium Vanni a titulari Ecclesia Zaparena ad metropolitanam Ecclesiam Singanensem ;

V. Fr. Caelestinum Ybañez y Aparicio a titulari Ecclesia Bagena ad cathedralem Ecclesiam Iennganensem ;

V. Fr. Marium Civelli a titulari Ecclesia Tabborensi ad cathedralem Ecclesiam Hanciomensem ;

V. Fr. Philippum Silvestrum Üamtaonan[12] a titulari Ecclesia Athribitana ad cathedralem Ecclesiam Fomsiamensem ;

V. Fr. Ferdinandum Fulgentium Pasini a titulari Ecclesia Bybliensi ad cathedralem Ecclesiam Saniüenensem ;

IN PROVINCIA CANSUANA :

V. Fr. Theodorum Buddenbrock a titulari Ecclesia Issensi ad metropolitanam Ecclesiam Lanceuvensem ;

IN PROVINCIA CHIAMSUANA :

V. Fr. Paulum Iüpin[13] a titulari Ecclesia Sozusena ad metropolitanam Ecclesiam Nanchimensem ;

V. Fr. Simonem Ciuchsemin[14] a. titulari Ecclesia Lesvitana ad cathedralem Ecclesiam Höemenensem ;

[11] *Anglice:* **Liu Chin-wen,** *idem subscribit:* **Lieou.**
[12] *Anglice :* **Wang Tao-nan.**
[13] *Anglice:* **Yü Pin.**
[14] *Anglice :* **Chu Kai-niin,** *idem subscribit:* **Tsu**

V. Fr. Augustum Haouisée a titulari Ecclesia Cercini tana ad cathedralem Ecclesiam Sciamhaevensem ;

V. Fr. Philippum Côté a titulari Ecclesia Polystyliensi ad cathedralem Ecclesiam Siticeuvensem ;

IN PROVINCIA NGANHOBIVENSI :

V. Fr. Fridericum Melendro a titulari Ecclesia Remesianensi ad metropolitanam Ecclesiam Nganchimensem ;

V. Fr. Zenonem Arámburu a. titulari Ecclesia Eressiensi ad cathedralem Ecclesiam Uhuvensem;

V. Fr. Cyprianum Cassini a titulari Ecclesia Drivastensi ad cathedralem Ecclesiam Pampuvensem ;

IN PROVINCIA HONANENSI :

V. Fr. Assuerum Theoi'anum Bassi a titulari Ecclesia Tabena ad cathedralem Ecclesiam Loiamenseni ;

V. Fr. Franciscum Xaverium Ochoa a titulari Ecclesia Chusirensi ad cathedralem Ecclesiam Coeitevensem ;

V. Fr. Petrum Massa a titulari Ecclesia Citharizena ad cathedralem Ecclesiam Naniamensem ;

V. Fr. Vitum Ciamzohoan[15] **a titulari Ecclesia Egugensi ad cathedralem Ecclesiam Siniamensem ;**

V. Fr. Ioseph Iuencocé[16] **a titulari Ecclesia Calydoniensi ad cathedralem Ecclesiam Ciumatienensem ;**

IN PROVINCIA SECIOANENSI :

V. Fr. Aloisium Gabrielem Xaverium Jantzen a titulari Ecclesia Tremithusia ad metropolitanam Ecclesiam Ciomchimensem ;

V. Fr. Iacobum Victorem Rouchouse a titulari Ecclesia Aegeaensi ad cathedralem Ecclesiam Cemtuanam ;

V. Fr. Petrum Silvanum Valentin a titulari Ecclesia Zeugmatensi in Syria ad cathedralem Ecclesiam Camtimensem ;

V. Fr. Stanislaum Baudry a titulari Ecclesia Isauropolitana ad cathedralem Ecclesiam Mmiüenensem ;

V. Fr. Franciscum Uamcepu[17] **a titulari Ecclesia Sindensi ad cathedralem Ecclesiam Uamscienensem ;**

[15] *Anglice:* **Chang Tso-huan.**

[16] *Anglice:* **Yuan Ko-chih,** ***idem subscribit**.** **Tuen.**

[17] *Anglice:* **Wang Tse-pu,** ***idem subscribit :*** **Ouang ts'ee p'ou.**

V. Fr. Paulum Uamuencem[18] a titulari Ecclesia Olenensi ad cathedralem Ecclesiam Scioenchimensem ;

V. Fr. Renatum Desideratum Romanum Boisguérin a titulari Ecclesia Oelenderitana ad cathedralem Ecclesiam Siùfuanam ;

IN PROVINCIA HUPEANA :

V. Fr. Eduardum Galvin a titulari Ecclesia Myrinensi ad cathedra lem Ecclesiam Haniamensem ;

V. Fr. Natalem Gubbels a titulari Ecclesia Attudensi ad cathedralem Ecclesiam Iciamensem ;

: V. Fr. Alfonsum M. Conradum Ferroni a titulari Ecclesia Aspen - diensi ad cathedralem Ecclesiam Laohocheuvensem ;

V. Fr. Rembertum Kowalski a titulari Ecclesia Ipsensi ad cathedralem Ecclesiam TJciamensém ;

IN PROVINCIA HUNANENSI :

V. Fr. Secundinum Petronium Lacchio a titulari Ecclesia Praenetiensi ad metropolitanam Ecclesiam Ciamsciavensem ;

V. Fr. Raphaelem Angelum Palazzi a titulari Ecclesia Narensi ad cathedralem Ecclesiam Hemceuvensem ;

V. Fr. Gutbértum Martinum (PGara a titulari Ecclesia Elidensi ad cathedralem Ecclesiam Iüenlimensem ;

V. Fr. Gerardum Herrero Garrote a titulari Ecclesia Zorolensi ad cathedralem Ecclesiam Ciamteanam ;

IN PROVINCIA CHIAMSIANA :

V. Fr. Ioannem O'Shea a titulari Ecclesia Midilensi ad cathedralem Ecclesiam Canceuvensem ;

V. Fr. Caietanum Mignani a titulari Ecclesia Cassandrensi ad Cathedralem Ecclesiam Chinganensem ;

V. Fr. Patritium Cleary a titulari Ecclesia Amathusia in Cypro ad cathedralem Ecclesiam Nancemensem ;

V. Fr. Carolum Gulielmum Quinn a titulari Ecclesia Halicarnassensi ad cathedralem Ecclesiam liichiamensem ;

IN PROVINCIA CECHIAMENSI :

V. Fr. Ioannem Ioseph Georgium Deymier a titulari Ecclesia Diospolitana in Thracia ad metropolitanam Ecclesiam Hamceuvensem ;

[18] *Anglice:* **Wang Wen-cheng,** *idem subscribit:* **Ouang Ouen tchen.**

V. Fr. Ioseph Hugioscian[19] a titulari Ecclesia Theodósiopolitana in Armenia ad cathedralem Ecclesiam Tseceuvensem ;

V. Fr. Andream Ioannem Defebvre a titulari Ecclesia Gibbensi ad cathedralem Ecclesiam Mmpuovensem ;

IN PROVINCIA FTJCHTENENSI :

V. Fr. Emmanuelem Prat a titulari Ecclesia Mactaritana ad cathe^-dralem Ecclesiam Sciiamenénsem ; ; ;

V. Fr. Theodorum Labrador a titulari Ecclesia Fussalensi ad cathedralem Ecclesiam Funimensem ;

IN PROVINCIA COAMTOMENSI :

V. Fr. Antonium Petrum Ioannem Fourquet a titulari Ecclesia Themisonensi ad metropolitanam Ecclesiam Coamceuvensem ;

V. Fr. Henricum Valtorta a titulari Ecclesia Leriensi ad cathedralem Ecclesiam Sciiamchiamensem ;

V. Fr. Gustavum Deswazières a titulari Ecclesia Maximianensi ad cathedralem Ecclesiam Pehœvensem ;

V. Fr. Ignatium Canazei a titulari Ecclesia Carystensi ad cathedralem Ecclesiam Sciaoceuvensem ;

V. Fr. Carolum Vogel a titulari Ecclesia Parlaitana ad cathedralem Ecclesiam Scianteuvensem ;

V. Fr. Franciscum Xaverium Ford a titulari Ecclesia Etennensi ad cathedralem Ecclesiam Chiaïmensem;

V. Fr. Adulphum Ioannem Paschang a titulari Ecclesia Sasimensi ad cathedralem Ecclesiam Chiammenensem ;

IN PROVINCIA COAMSIANA :

V. Fr. Iústinum Paulinum Albouy a titulari Ecclesia Cidyessensi ad! metropolitanam Ecclesiam Nannimensem ;

V. Fr. Fridericum Antoninm Donaghy a titulari Ecclesia Setéensi ad cathedralem Ecclesiam IJceuvensem ;

IN PROVINCIA COEICEUVENSI :

V. Fr. Ioannem Larrart a titulari Ecclesia Aulonitana ad metropolitanam Ecclesiam Coeiiamensem ;

V. Fr. Alexandrum Carlo a titulari Ecclesia Hadrianopolitana in Honoriade ad cathedralem Ecclesiam ISTganlomensem ;

[19] *Anglice:* **Hu Jo-shan,** *idem subscribit: Hon.*

IN PROVINCIA IÜNNANENSI :

V. Fr. Alexandrum Derouineau a titulari Ecclesia Bidensi ad metropolitanam Ecclesiam Coenmimensem.

Sedibus vero Pechimensi, Zinceuvensi, Chsefomensi, Cemceuvensi, Ueihoeivensi, Chiatimensi, Hancheuvensi, Chiceuvensi, Scenanensi, Nanciamensi, et Fuceuvensi, quae, et ipsae ex Vicariatibus Apostolicis ad archidioecesis vel dioecesis gradum et dignitatem evectae, suis impraesentiarum Pastoribus destitutae sunt, per alias Apostolicas Litteras quam primum pro videbimus.

Volumus insuper ut omnes Vicarii Apostolici ad metropolitanas vel cathedrales Ecclesias uti supra translati, antequam archidioecesis vel dioecesis sibi commissae canonicam capiant possessionem, ad iuris tramitem in manibus alicuius quem maluerint catholici Episcopi, gratiam et communionem Sedis Apostolicae habentis, fidei catholicae professionem et praescriptum fidelitatis iuramentum iuxta statutas formulas emittere, harumque exemplaria, sui dictique Antistitis subscriptione ac sigillo munita ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide quantocius transmittere omnino teneantur.

Ad quae omnia uti supra disposita **et constituta exsecutioni mandanda venerabilem Fratrem Marium Zanin, Archiepiscopum titularem Trajanopolitanum in Rhodope et in Sinis Delegatum Apostolicum, deputamus eidemque necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica** dignitate **constitutum, eique onus imponimus ad praefatam Congregationem de Propaganda Fide actorum omnium peractae exsecutionis exemplar quam primum fieri poterit transmittendi.**

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit vel qui sua interesse praesumant auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse ; sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse volumus et decernimus.

Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impres-

sis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si ipsaemet exibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Nemini autem quae hisce Litteris Nostris evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, subiectionis, statuti, electio: nis, mandati, decreti, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae statuta sunt, infringere vel eis contraire liceat. Si quis vero ausu temeràrio hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo sexto, die undecima aprilis mensis, in festo S. Leonis **Magni, Pontificatus Nostri anno octavo.**

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

V. Bianchi Cagliesi
Cancellariae Apostolicae Regens.

f A. Carinci, Aren. Seleuc, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
C. Respighi, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

Reg. in Conc. Ap., vol. LXXI, n. 21 - **Al. Trussardí.**

LITTERAE APOSTOLICAE

INTÉRNUNTIATURA APOSTOLICA IN SINIS ERIGITUR

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Permultas gravesque inter .curas, quas Romani Pontifices pro Christifidelium bono suscipiunt, in eain impensius incumbunt, ut apud Nationum Gubernia Apostolicae Constituantur Legationes, quae et Sanctae Sedis et ipsarum Nationum mutuis' rationibus consulant. Quapropter, cum publicae necessitudines,' quibus Apostolica haec Sedes et Sinensis Respublica inter se continentur, postulent ut ad commune fovendum Catholicae Ecclesiae Nationisquè Sinensis"

iuri subiicimus. Indulgemus insuper ut, usque dum Capitulum cathedrale constitui nequeat, Consultores dioecesani ad iuris tramitem eligantur et adhibeantur. Quod vero attinet ad huius Sinus S. Laurentii dioecesis regimen et administrationem, Seminarium, fidelium iura et onera aliaque id genus, servanda iubemus quae de rebus istis sacri canones praescribunt. Quod autem ad clerum peculiariter spectat, statuimus ut simul ac novae huius dioecesis erectionis Litterae Nostrae ad exsecutionem deductae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae- illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime degunt. Mandamus insuper ut omnia documenta et acta, quae novam dioecesim respiciunt, quamprimum fieri poterit, a cancellariis in quibus nunc exstant Curiae novae dioecesis Sinus S. Laurentii tradantur, ut in eius archivo asserventur. Ad quae omnia exsecutioni 'mandanda venerabilem, quem supra memoravimus, Fratrem Hildebrandum Antoniutti, in Ditione Canadensi Delegatum Apostolicum, deligimus, eidemque facultates necessarias et opportunas tribuimus, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et ei onus imponimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad Sacram Congregationem Consistorialem transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his, a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum prorsus et inane.esse et fore volumus et decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque conciliis editis, generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogantis. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri' in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si

ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, subiectionis, concessionis, statuti, mandati, decreti, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo quinto, die quarta et vicesima Novembris mensis Pontificatus Nostri anno septimo.

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE — *Decanus S. Collegii*

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI — *S ,C. Consistorialis a Secretis*

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco @ Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXX, n. 62. — **Al. Trussardi.**

III

PORTUS VETERIS (DE ESMERALDAS)

A DIOECESI PORTUS VETERIS TERRITORII PARS SEIUNGITUR ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE ESMERALDAS ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad dominicum gregem facilius pascendum et gubernandum quam maxime confert non uni, vel vigilantissimo, Praesuli illum regendum concredere, praesertim si in dioecesibus degat nimio territorio redundantibus. Libenter itaque, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, precibus annuere censuimus, quibus ab Apostolica Sede petitum est ut dioecesis Portus Veteris in Republica Aequatoriana, quae latius extenditur quam ut clerus loci eamdem convenienter administrare possit, pars ad septemtrionem versus segregetur et in sui iuris Missionem constituatur, apostolicis Ordinis Carmelitarum Excalceatorum curis committendam. Ratione igitur habita consensus eorum quorum intersit, nec

non Sacrae Congregationis Consistorialis, cuius in ditione quam supra memoravimus dioecesis exstat, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine a dioecesis Portus Veteris territorio septemtrionalem partem seiungimus, quam in Praefecturam Apostolicam, *de Esmeraldas* **denominandam, erigimus et constituimus. Novae autem huiusmodi Praefecturae Apostolicae limites hi erunt : ad septemtrionem, limites politici inter Rempublicam Aequatorianam et Columbianam ; ad meridiem, fines cum provincia civili** *de Manaòì* **; ad orientem, dioeceses Quitensis et Ibarrensis; ad occidentem, Oceanus Pacificus. Hanc insuper Praefecturam Apostolicam de Esmeraldas, ita erectam et finibus circumscriptam, dilectis Filiis Carmelitis Patribus Excalceatis, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concredimus; atque illi eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent; eosque pariter iisdem adstruigimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus haberi volumus fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vere ausu temerario id attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.**

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo quinto, die quarta decima Decembris mensis, Pontificatus Nostri anno septimo.

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Decan. Collegii Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LXX, *n. Iß.* **- Al. Trussardi.**

IV

MILWAUKIENSIS - CROSSENSIS - SINUS VIRIDIS (MADISONENSIS)

AB ARCHIDIOECESI MILWAUKIENSI ET A DIOECESI CROSSENSI TERRITORII PARS DISMEMBRATI^ EX QUA NOVA ERIGITUR DIOECESIS « MADISONENSIS », IPSI ARCHIDIOECESI MILWAUKIENSI SUFFRAGANEA. ITEM A DIOECESI SINUS VIRIDIS PARS DISMEMBRATUR, QUAE DIOECESI CROSSENSI ADIUNGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad animarum bonum satius provehendum quam maxime iuvat ita dioecesium circumscriptionem ordinari ut fidelium necessitatibus pro locorum adiunctis apprime respondeat.

Quod quidem perpendentes, Iubenti animo precibus annuendum censuimus, quibus venerabiles Fratres Moyses Kiley, Archiepiscopus Milwaukiensis, eiusque Suffraganei Alexander Ioseph Mae Gavick, Episcopus Crossensis, et Stanislaus Bona, Episcopus Sinus Viridis, ab ac Apostolica Sede enixe expostulaverant ut suae cuiusque dioecesis pars dismembretur et alia exinde dioecesis constituatur.

De consilio igitur venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum, suffragante venerabili Fratre Hamleto Ioanne Cicognani, Archiepiscopo titulari Laodicensi in Phrygia et in Americae Septentrionalis Statibus Foederatis Delegato Apostolico, et suppleto quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis et certa scientia, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ab archidioecesis Milwaukiensis territorio comitatus civiles separamus *Dane, Jefferson, Green Rock, Columbia, Marquette* **et** *Green Lake ;* **a dioecesis vero Crossensis territorio comitatus civiles pariter seiungimus** *Jowa, Grant, Lafayette* **et** *Sauk* **atque ex ita avulso territorio novam erigimus et constituimus dioecesim, quam** *Madisonénsem* **nuncupari decernimus.**

A dioecesis insuper Sinus Viridis territorio comitatum civilem *Portage* **dismembramus et dioecesi Crossensi adiungimus.**

Novae autem dioecesis Madisonensis episcopalem sedem in *Madison* **urbe, a qua dioecesis ipsa nomen mutuatur, constituimus ; quam idcirco urbem ad civitatis episcopalis fastigium extollimus ; eidemque sedi atque**

pro tempore Episcopis Madisonensibus omnia tribuimus iura, insignia et privilegia, quibus ceterae episcopales sedes earumque Episcopi iure-communi fruuntur eosdemque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus/quibus ceteri adstringu^

Templum autem Deo in honorem S. Raphaelis Archangeli dicatum in praefata urbe exstans, ad ecclesiae cathedralis gradum et dignitatem, evehimus eique pariter omnia tribuimus iura, honores, insignia et privilegia, quibus ceterae per orbem cathedrales ecclesiae iure communi gaudent. Novam igitur hanc dioecesim Madisonensem suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Milwaukiensi et eius pro tempore Episcopos metropolitico Archiepiscopi Milwaukiensis iuri subiicimus.

Praeterea usque dum Capitulum Cathedrale constitui nequeat, indulgemus ut Consultores dioecesani ad iuris tramitem eligantur et adhibeantur.

Quod autem attinet ad dioecesis Madisonensis regimen et administrationem, ad Seminarii dioecesani 'erectionem, ad fidelium et clericorum iura et onera aliaque id genus, servanda iubemus quae de rebus istis sacri canones praescribunt. Quod vero ad clerum peculiariter spectat, decernimus ut simul ac praesentes Litterae Nostrae ad exsecutionem demandatae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime degunt.

Mandamus insuper ut omnia documenta et acta, quae novam hanc dioecesim respiciunt, a dioecesium Milwaukiensis et Crossensis Cancellariis ad novae Madisonensis Dioecesis Curiam tradantur ; itemque documenta et acta quae comitatum civilem *Portage,* **a dioecesi Sinus "Viridis disiunctum, respiciunt, ab huius dioecesis Curia ad Crossensem Curiam episcopalem conferantur, ut in suis cuiusque archivis diligenter serventur.**

Ad quae omnia uti supra disposita et constituta ad exsecutionem mandanda venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani, Delegatum Apostolicum in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, delegamus, eidemque facultates necessarias et opportunas tribuimus, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum et ipsi onus imponimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittendi.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obre-

ptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super bis a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum„ Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus •ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis, aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri, in ecclesiastica dignitate vel officio constituti, munitis, eadem prorsus habeatur fides quae hisce praesentibus tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, adiunctionis, constitutionis, subiectionis, statuti, mandati, decreti, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo quinto, die vicesima secunda Decembris mensis, Pontificatus Nostri anno septimo.

Pro S. B E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus 8. Collegii

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI
8. C. Consistorialis a Secretis

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Meg. in Cane. Ap., vol. LXX, n. 100. **— Al. Trussardi.**

Y

QUEBECENSIS

(S. GERMANI)

A PROVINCIA ECCLESIASTICA QUEBECENSI DIOECESIS S. GERMANI SEPARATUR/ ET AD METROPOLITANAE ECCLESIAE GRADUM EVEHITUR, NOVAQUE EX EA ET EX DIOECESIBUS GASPESIENSI ET SINUS S. LAURENTII, QUAE ET IPSAE A QUEBECENSI PROVINCIA SEPARANTUR, NECNON E VICARIATU APOSTOLICO DE LABRADOR ECCLESIASTICA PROVINCIA CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Universi gregis dominici regimen Romano Pontifici divinitus commissum postulat ut ierarehicus dioecesium ordo aliter ordinetur, quoties hoc ad cleri populique disciplinam provehendam satius conferre videatur. Quod quidem perpendentes, libenter excipere censuimus venerabilis Fratris Nostri Roderici S. R. E. Cardinalis Villeneuve, Archiepiscopi Quebecensis, petitionem, qua, nomine quoque eius Episcoporum Suffraganeorum, postulavit ut ecclesiastica provincia Quebecensis dismembretur et nova exinde provincia erigatur.

Praehabito igitur voto venerabilis Fratris Hildebrandi Antoniutti, Archiepiscopi titularis Synnädensis in Phrygia et in Ditione Canadensi Delegati Apostolici, de dilecti Filii Nostri S. R. E. Cardinalis Sacrae» Congregationis Consistorialis a Secretis consilio, et suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, cathedralem Ecclesiam S- Germani ab archiepiscopalis Ecclesiae Quebecensis metropolitico iure solvimus eamque ad metropolitanae Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus et extollimus eique propterea eiusque pro tempore Archiepiscopis omnia tribuimus iura, privilegia, insignia, honores et praerogativas, quibus ceterae per orbem metropolitanae Ecclesiae earumque Antistites ad iuris tramitem fruuntur et gaudent. Metropolitae insuper peculiarem concedimus facultatem crucem intra suae provinciae limites ante se ferendi, et sacro Pallio iuxta liturgicas leges utendi, postquam tamen illud in sacro consistorio rite postulaverit et obtinuerit. Item eamdem novam metropolitanam Ecclesiam eiusque pro tempore Archiepiscopos iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur.

Ab ecclesiastica insuper Provincia Quebecensi dioecesim Gaspesien-

sem et novam Sinus S. Laurentii dioecesim, apostolicis sub plumbo Litteris « Ad christifidelium bonum », die vicesima quarta Novembris mensis, praeterito anno datis, a Nobis erectam, separamus, easque una cum Vicariatu Apostolico de Labrador, Apostolicis sub plumbo Litteris « Quo Christi regno », die tertia decima Iulii mensis, superiore anno datis, item a Nobis erecto, suffraganeas constituimus novae quam supra diximus metropolitanae Ecclesiae S. Germani, earumque Episcopos et Vicariatus illius Apostolici Antistitem metropolitico Archiepiscopi S. Germani iuri subiicimus.

Ad quae omnia uti supra disposita et constituta ad exsecutionem mandanda venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Hildebrandum Antoniutti, in Ditione Canadensi Delegatum Apostolicum, deputamus eidemque necessarias et opportunas concedimus facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et ipsi onus impohimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad Sacram Congregationem Consistorialem, quamprimum fas erit, transmittendi.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex éo quod quilibet quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et indivisa mentione digni sint, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio. licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia et potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus ; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel spe cialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis : quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri, In ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, su biectionis, statuti, mandati, decreti, delegationis et voluntatis Nostrae

infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo sexto, die nona Februarii mensis, Pontificatus Nostri anno septimo.

Pro S. R. E. Cancellario

.1. Card. GRANITO DI BELMWTE — *Decanus 8. Collegii*

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI — *8. C. Consistorialis a Secretis*

Vincentius Bianchi Cagliesi, *Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

Reg. in Cano. Ap., vol. LXXI, n. 26. — **Al. Trussardi.**

EPISTULA

AD **EXCMUM TOKIENSEM ARCHIEPISCOPUM CETEROSQUE JAPONIAE EPISCOPOS.**

PIUS PP. XII

A Nos Vénérables Frères les Evêques et Ordinaires du Japon, salut et bénédiction apostolique. — En prenant connaissance de votre Lettre collective, par laquelle, après une si longue et douloureuse interruption, se renouent enfin directement les liens de surnaturelle affection qui unissent le Pasteur Suprême avec les brebis et les agneaux de l'Eglise du Japon, Nous avons été profondément ému.

Elle Nous apporte, en effet, le témoignage de la patience et du courage, avec lesquels vous et vos ouailles avez enduré les affres de ce terrible conflit. Nous rendons grâces à Dieu qui vous a largement départi les vertus nécessaires en des circonstances parfois si tragiques, et Nous ne doutons pas que, pour prix de votre fidélité, il ne réserve à vos ardeurs apostoliques une ample et consolante moisson.

Nous ne pouvons pas, cependant, ne pas ressentir aussi un très vif regret des pertes considérables, que vos Diocèses, vos Paroisses et vos Œuvres ont éprouvées. Si, grâce à une protection extraordinaire, vous n'avez à déplorer que peu de pertes en vies humaines, il n'en reste pas moins que le support temporel de toutes vos activités religieuses a subi d'immenses dommages, et l'on ne peut évoquer sans douleur la destruction de vos principales cathédrales, de tant d'églises et de presbytères, l'anéantissement de centres paroissiaux, tels que Urakami et Nakamachi, où le catholicisme au Japon plongeait ses plus anciennes et vigoureuses racines, sans compter les séminaires, les écoles, les couvents, les hôpitaux,

que dans son aveuglement et sa violence, a emportés le fléau de la guerre.

Et pourtant, Vénérables Frères, votre ardeur et votre foi ne vacillent pas devant tant de ruines. On dirait au contraire qu'elles y puisent un nouvel élan. Déjà vous rassemblez vos chrétientés dispersées, déjà vous vous mettez au travail pour relever les murs calcinés, rouvrir de nouveaux sanctuaires, réparer les brèches matérielles et morales causées aux établissements et aux Œuvres catholiques. Nous le savons, l'effort, qui vous est demandé dans ce domaine, est énorme, et Nous voulons Nous-même Nous y associer, en prenant des dispositions pour que la charité pontificale vous vienne en aide, dans la mesure du possible, pour cette lourde tâche de reconstruction.

Mais, non content d'un concours matériel, si indispensable soit-il, étant donné l'exceptionnelle dureté des temps, c'est d'une assistance morale, plus importante encore, que Nous voulons vous assurer de toute Notre âme. Nos prières vous sont promises, plus instantes que jamais, pour que le Maître de la moisson répande la céleste rosée dé sa grâce sur vos terres désolées, et y envoie de nombreux et fervents ouvriers apostoliques. A cet égard, Nous ne manquerons pas non plus d'intervenir auprès des Supérieurs de Congrégations missionnaires pour qu'ils dirigent vers ces portions éprouvées du champ du Père de famille des prêtres et des religieux, qui vous soient un précieux renfort dans la propagation de l'Evangile de paix et d'amour.

C'est qu'en effet s'ouvrent devant vous les perspectives d'un consolant avenir. Dieu fasse que les saintes ambitions nourries par St. François-Xavier à propos de votre patrie déviennent un jour une bienheureuse réalité. L'Eglise en tressaillira d'une joie maternelle et en dira sa plus vive reconnaissance au Père des lumières, d'où provient tout don excellent et toute grâce parfaite.

Nous vous adressons donc, Vénérables Frères, l'expression de Notre paternelle complaisance et de Nos chaleureux encouragements, pour que vous en fassiez part aussi à vos chers et fidèles troupeaux ; et, priant le Seigneur de sécher vos larmes et de faire renaître chez tous, sous l'égide de vos Martyrs japonais et surtout de leur Reine, la Très Sainte Vierge Marie, l'espoir invincible et la ferme confiance en un avenir meilleur dans, l'ordre chrétien, Nous vous accordons avec effusion, ainsi qu'à votre Clergé, et spécialement aux Missionnaires si méritants, aux religieux et religieuses, à tous les fidèles du Japon, comme gage de souverain, réconfort, la Bénédiction Apostolique.

Donné à Rome près St. Pierre, le xvn Mai de l'année MDCCCCXXXXVI^ **de Notre Pontificat la huitième.**

PIUS PP. XII

A C T A SS. C O N G R E G A T I O N U M

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISTO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 18 Iunii 19Iß. — **Titulari episcopali Ecclesiae Sidoniensi praefecit R. D. Danium Bolognini, Parochum Priorem Basilicae S. Mariae Maioris in civitate Bononia, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi Domini Ioannis Baptistae S. R. E. Cardinalis Nasalli Rocca, de Corneliano, Archiepiscopi Bononiensis.**

die 22 Iunii. — **Cathedrali Ecclesiae Victoriensi in Ins. Vancouver, R. D. Iacobum Hill, parochum ecclesiae S. Thomae in** *Oampoellton,* **dioecesis Bathurstensis in Canada.**

— **Cathedrali Ecclesiae Tagbilaranae, noviter erectae, R. D. Iulium Rosales, parochum loci** *Tacloban,* **dioecesis Palensis.**

Cathedralibus Ecclesiis invicem perpetuo unitis Asculanae Apuliae et Ceriniolensi R. D. Donatum Pafundi, Antistitem Urbanum et Archipresbyterum parochum ecclesiae Ss. Petri et Pauli Ap. in *Oppido Lucano,* **archidioecesis Acheruntinae.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Tianae, R. D. Leonem Dworschak,. Vicarium Generalem Fargensis dioecesis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Ioannis Lawler, Episcopi Rapidopolitani.**

—• **Titulari episcopali Ecclesiae Sitensi, R. D. Danielem Feeney, parochum ecclesiae Nativitatis B. M. V. in** *Presque I sie,* **dioecesis Portlandensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Iosephi Eduardi Mae Carthy, Episcopi Portlandensis.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Elidensi, R. D. Georgium Brunner, parochum ecclesiae S. Caroli in oppido** *Hull,* **dioecesis Medioburgensis,, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Thomae Shine, Episcopi Medioburgensis.**

die 6 Iulii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Curiensi R.* D. Abelem Ribeiro Camelo, Vicarium Generalem Goyasensem, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Emmanuelis Gomez de Oliveira, Archiepiscopi Goya-sensis.**

die 16 Iulii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Doarensi R. D. Robertum Picard de la Vacquerie, parochum S. Lamberti Parisiis.**

die 20 Iulii. — **Metropolitanae Ecclesiae S. Ludovici Exc. P. D. Iosephum Ritter, hactenus Archiepiscopum Indianapolitanum.**

— **Metropolitanae Ecclesiae Indianopolitanae Exc. P. D. Paulum Schulte, hactenus Episcopum Leavenworthiensem.**

— **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Paltenae Exc. P. D. Iacobum Franciscum Mclntyre, hactenus Episcopum Cyrenensem, quem constituit Coadiutorem Emi ac Revmi Domini Francisci S. R. E. Card. Spellman, Archiepiscopi Neo-Eboracensis.**

die S Augusti. — **Cathedrali Ecclesiae Ilheosensi, R. D. Benedictum Zorzi, moderatorem seminarii Pelotensis.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Bagenae R. D. Georgium Marcos de Oliveira, Directorem Operis vocationum sacerdotalium in civitate Fluminis Ianuarii, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi Domini Iacobi S. R. E. Cardinalis de Barros Cámara, Archiepiscopi S. Sebastiani Fluminis Ianuarii.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Lesvitanae R. D. Timotheum Manning, Antistitem Urbanum, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ioannis Cantwel, Archiepiscopi Angelorum.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Aulonitanae R. D. Emanuelem Martin Del Campo, cancellarium Curiae archiepiscopalis Moreliensis, quem -constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Hemeterii Valverde Téllez, Episcopi Leonensis.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Cantanensi R. D. Eduardum Antonium Fitzgerald, parochum Sancti Ioseph in Elkader, archidioecesis Dubuquensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Henrici Rohlman, Archiepiscopi titularis Macrensis in Rhodope, Coadiutoris Archiepiscopi Dubuquensis.**

die 8 Augusti. — **Titulari episcopali Ecclesiae Narensi R. D. Patritium Dunne, Vicarium generalem Archidioecesis Dublinensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ioannis McQuaid, Archiepiscopi Dublinensis.**

die 16 Augusti. — **Titulari episcopali Ecclesiae Antipyrgensi Exc. P. D. Richardum Ramos de Castro Vilela, hactenus Episcopum Nazarensem in Brasilia.**

die 26 Augusti. — **Titulari episcopali Ecclesiae Lampsacenae, R. D. Aurelium Marena, Antistitem Urbanum et Canonicum Capituli Metropolitani Neapolitani, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi D. Alexii S. R. E. Cardinalis Ascalesi, Archiepiscopi Neapolitani.**

die 1 Septembris. — **Cathedralibus Ecclesiis Montis Alti et Ripanae,** *in personam* **unitis, Exc. P. D. Petrum Ossola, hactenus Episcopum titularem Oxomitanum.**

die 3 Septembris. — **Titulari episcopali Ecclesiae Bisicensi R. D. Franciscum Prada Carrera, quem constituit Praelatum Praelaturae Nullius Sancti Ioseph de Alto Tocantins.**

die 8 Septembris. — **Metropolitanis Ecclesiis Acheruntinae et Materanensi, invicem perpetuo unitis, R. D. Vincentium Cavalla, Canonicum theologum Capituli cathedralis Astensis.**

die 15 Septembris. — **Metropolitanae Ecclesiae Compsanae et Cathedralibus Ecclesiis de Lombardis et Bisaciensi aeque principaliter unitis Exc. P. D. Christophorum Dominicum Carullo, Episcopum Laquedoniensem, eas coniungens** *in personam* **dioecesi Laquedoniensi.**

die 30 Septembris. — **Archiepiscopali titulari Ecclesiae Nicaenae R. P. Martinum Stanislaum G iii et, antea Magistrum Generalem Ordinis Fratrum Praedicatorum.**

die 1 Octobris. — **Archiepiscopali titulari Ecclesiae Madytensi Exc. P. D. Stephanum Corbini, hactenus Episcopum Fulginatensem.**

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

i

DECRETUM

DB CONFIRMATIONE ADMINISTRANDA IIS, QUI EX GRAVI MORBO IN MORTIS PERICULO SUNT CONSTITUTI.

Spiritus Sancti munera sacramento Confirmationis conferri catholica doctrina proclamat. Hinc impensa Ecclesiae cura ut pueri, aquis baptismi abluti, tali reficiantur sacramento, quo superni Paraclyti charismata adipiscantur ad robur susceptae baptismo fidei adiiciendum, ut

gratiae amplitudine perfusi Christique militis charactere insigniti &Ú omne opus bonum instructi evadant àc renuntientur.

Licet explorati iuris sit Confirmationem âd animarum salutem de necessitate medii haud requiri (can. 787 Codicis I. C), ob eius tamen praecellentiam et ampla quae secumfert praeclara dona, omni ope est adnitendum parochis ceterisque pastoribus ut christianorum nemo, data occasione, tam excellens salutiferae Redemptionis mysterium negligat ; quum admirabili sit adiumento ad acriter decertandum contra diaboli nequitiam, mundi et carnis illecebras ; ad gratiae virtutumque omnium in terris, gloriaeque maius incrementum assequendum in coelis.[1]

Quamquam nihil intentatum relinquunt vigiles animarum rectores ut, quantum fieri potest, baptizati omnes hoc sacramento rite muniantur et quidem vix cum ad aetatem rationis participem pervenerint, scilicet circa septennium : quod profecto septennium antevertere licet, prout expresse cavetur canone 788, « *ài infans in mortis periculo sit constitutus, vel ministro id expedire ob iustas et graves causas videatur » ;* **permultos nihilominus ex habitis hac de re rationariis constat pueros, utpote morti magis obnoxios, etiam multo antequam aetatem ratione Utentem attigerint, ex hac vita sacro chrismate non delibutos decedere, praesertim hisce nostris temporibus post dirlssimum belli flagitium ; quod! et de adultis non paucis, qui in puerili aetate variis de causis confirmari non potuerunt, cotidiana experientia testatur.**

Hoc quidem incommodum praecavetur in Ecclesia Orientali, ubi mos est infantes, statim post receptum baptismum, confirmandi. Eadem disciplina in usu quidem erat primis Ecclesiae saeculis etiam apud Latinos, et adhuc servatur ex legitima consuetudine penes quasdam nationes : communis tamen lex Ecclesiae Latinae, in citato can. 788 recepta, statuit ut huius sacramenti administratio differatur ad septimum circiter aetatis annum, quo, aequa praemissa catechesis instructione, pueri uberiores sacramenti sortiantur effectus.[2]

Porro ratio praecipua cur tam immodicus christicolarum numeru» sine susceptione huius sacramenti de hac vita demigret, in eo est reponenda, quod iisdem in vitae discrimine constitutis ob Episcopi absentiam opportunitas non exhibetur hoc sacramentum suscipiendi.

Definitae doctrinae est solum Episcopum esse *ordinarium* **confirma-**

[1] **S. THOMAS, p. III, quaest. 72, art. 8 ad 4.**

[2] **Cfr. Instructio S. C. de Sacr. edita die Pentecostes (20 maii) 1934, pro simplici sacerdote sacr. Confirmationis ex Sedis Apostolicae delegatione administrante (*A. A.* vol. XXVII, p. 11 seq.); Instructio S. C. de Prop. Fide 4 maii 1774; Instructio S. Officii in. iulii 1888.**

tionis ministrum[3] (can. 782 § 1) : proindeque Apostolica Sedes iugiter sedulo studuit, ut huius sacramenti collatio Episcopo, tamquam ius et officium ipsi proprium, quantum fieri potuisset, reservaretur. Haec vero S. Congregatio semper religiose cavit, ne detrimentum pateretur reverentia huic sacramento debita et offensionem piae plebis exspectatio ob privationem personae Episcopi, neve illius administrationis conspicuus obfuscaretur splendor ac sollemnis, qui decet, minueretur apparatus.

Ast, necessitate bonoque fidelium id flagitante, non semel Apostolica Sedes passim indulgere compulsa est, ut Episcopo, qui in certis rerum et personarum adiunctis haberi non posset, simplex sacerdos in aliqua ecclesiastica dignitate constitutus sufficeretur, tamquam administer *extraordinarius* huius sacramenti (can. 782 § 2) ; qui congrua pompa eius administrationem perageret, praemonitis semper fidelibus Episcopum esse exclusivum ordinarium ministrum huiusce sacramenti illudque, ab eo sacerdote conferri ex Apostolicae Sedis facultate,;[4] prout complura pontificia indulta luculenter ostendunt.[5] :

Ut igitur prospiciatur etiam spirituali conditioni tot infantium, puerorumque atque adultorum fidelium, qui ob gravem morbum in vitae discrimen adducantur, et certo certius mortem oppetant, quin sacro chrismate linantur, si observantia iuris communis quoad ordinarium ministrum adamussim,urgeatur ; necessarium visum est huic S. Congregationi remedium aliquod exquirere ac suppeditare hac gravissima de eausa, ut tam notabili fidelium numero offeratur occasio Confirmationis suscipiendae.

Huius negotii momentum perpendens Ssmus D. N. Pius Papa XII, animarum saluti plenius consulere studens, prae maxima, quam gerit, sollicitudine universalis Ecclesiae, committere dignatus est huic S: Congregationi, pro sua potestate in hac solvenda quaestione, ut rèni'diligenter et impense expenderet in plenariis Comitiis, et resolutionem, quae opportuna sibi visa esset, Ipsi proponeret.

Sacra vero haec Congregatio, praehabitis votis plurium consultorum, doctrina prudentiaque praestantium, et ad trutinam revocati s insuper omnibus documentis et actis antea super disciplinam Confirmationis comparatis, totam rem sedulo examini subiecit Purpuratorum Patrum in pluribus Conventibus plenariis.

Mature autem perspecta, quae inde prodiit, sententia idem Summus

[3] **Conc. Trident., sess. VII, *De confirmatione,* can. 3.**

[4] **Cfr. cit. Instr. S. C. de Sacr., III.**

[5] **Cfr. cit. Instr. S. C. de Sacr,, I, n. 2; cit. Instr. S. C. de Prop. Fide;'cit." instr. S. Officii; Formulae S. C. de Prop. Fide.**

Pontifex, in audientia Excmo huius Sacrae Congregationis Secretario die 6 Maii 1946 concessa, huic sacro Dicasterio mandavit ut decretum ederet quod disciplinam de Confirmatione administranda in peculiaribus adiunctis supra expositis digereret iuxta leges ab Ipso certa scientia et matura deliberatione probatas atque benigne declaratas.

Apostolico mandato ideo fideliter obsecundans haec Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum praesentibus litteris, quae infra recensentur, statuenda decrevit :

1. - Ex generali Apostolicae Sedis indulto, tamquam ministris extraordinariis (can, 782 § 2) facultas tribuitur conferendi sacramentum Confirmationis, in casibus tantum et sub conditionibus infra enumeratis, sequentibus presbyteris, iisdemque dumtaxat :

a) **parochis proprio territorio gaudentibus, exclusis igitur parochis personalibus vel familiaribus, nisi et ipsi proprio, licet cumulativo, fruantur territorio;**

b) **vicariis, de quibus in canone 471, atque vicariis oeconomis ;**

c) **sacerdotibus, quibus exclusive et stabiliter commissa sit in certo territorio et cum determinata ecclesia plena animarum cura cum omnibus parochorum iuribus et officiis.**

2. - Praefati ministri Confirmationem valide et licite conferre valent per se ipsi, personaliter, fidelibus tantummodo in proprio territorio degentibus, personis non exceptis in locis commorantibus a paroeciali iuris dictione subductis ; non exclusis igitur seminariis, hospitiis, valetudinariis, aliisque omne genus institutis etiam religiosis quoquo modo exemptis (cfr. can. 792) ; dummodo hi fideles *ex gravi morbo m vero mortis periculo sint constituti j ex quo decessum praevideantur.*

Si huiusmodi mandati limites iidem ministri praetergrediantur, probe sciant se perperam agere et sacramentum nullum conficere, incolumi praeterea manente statuto canonis 2365.

3. - Hac facultate uti possunt tum in ipsa episcopali urbe tum extra ipsam, sive sedes plena sit sive vacans, dummodo Episcopus dioecesanus haberi non possit vel legitime impediatur quominus Confirmationem per se ipse valeat conferre, nec alius praesto sit Episcopus communionem habens cum Apostolica Sede, licet titularis tantum, qui sine gravi incommodo ipsi suffici queat-

4. - Confirmatio conferatur servata disciplina per Codicem I. C. inducta et ad rem accommodata, nec non ritu adhibito ex Rituali Romano excerpto, quae fuse et ex integro infra transcribuntur : *gratis vero quovis titulo est conferenda.*

5. - Si confirmandi rationis usum sint assecuti, praeter statum gratiae, aliqua dispositio atque instructio requiritur ut fructuose hoc sacramentum valeant suscipere. Ministri igitur est pro singulorum aegrotorum eaptu eos edocere de his, quae scitu sunt necessaria, intentionem aliquam suscitando percipiendi hoc sacramentum ad robur animae conferendum. Curari autem debet ab his, ad quos spectat, ut si dein convaluerint, opportunis institutionibus circa fidei mysteria, naturam atque effectum huius sacramenti diligenter instruantur.[6] (Cfr. can. 786).

6. - Ad normam can. 798, collati sacramenti adnotationem minister extraordinarius in paroeciali confirmatorum libro peragat, ibidem in - scribendo nomen suum ac nomina confirmati (et si eius subditus non sit, etiam illius dioecesis et paroeciae), parentum et patrini, diem et locum, adiectis demum verbis: « *confirmatio collata est ex Apostolico indulto, urgente mortis periculo ob gravem confirmati morbum* **». Adnotatio facienda est etiam in libro baptizatorum ad normam can. 470 § 2.**

Si confirmatus sit alienae paroeciae, quamprimum minister ipse de eollato sacramento parochum confirmati proprium certiorem reddat per authenticum documentum, quod omnes notitias complectatur, de quibus supra.

7. - Ministri extraordinarii tenentur praeterea singulis vicibus statim ad Ordinarium dioecesanum proprium authenticum nuntium mittere collatae a se Confirmationis, additis adiunctis omnibus in casu concurrentibus.

8. - Ordinarii loci est ministros extraordinarios, de quibus supra, huius decreti praescriptiones meliore, quem censuerit, modo edocere, iisdemque singillatim explanare ut pares omnino inveniantur tam gravi negotio obeundo.

9. - Eiusdem Ordinarii loci officium est quolibet anno, sub initio anni proxime insequentis, *relationem* **mittere ad hanc S. Congregationem de numero confirmatorum, necnon de ratione a ministris extraordinariis suae dicionis in tam praeclaro munere perfungendo adhibita.**

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XII, in Audientia Excmo Secretario huius Sacrae Congregationis die 20 Augusti 1946 concessa, decretum de quo supra approbare et Apostolica Auctoritate munire dignatus est, contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus ; mandavitque ut idem decretum, in *Actorum*

• Cfr. S. Off., 10 apr. 1861 in Collect. S. O. de Prop. Fide, edit. a. MCMVH. vol. V p. 663, n. 1213; Cathechismus Romanus, ***De Confirmatione.***

Apostolicae Sedis commentario officiali **edendum, vim legis habere incipiat a die I' Ianuarii Î947.**

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum, die 14 Septembris anni 1946.

D. Card. JORIO, *Praefectus.*

F. Bracci, *Secretarius:*

' \ ' • II

DISCIPLINA CODICIS I. C. SERVANDA IN CONFIRMATIONE CONFERENDA VI HUIUS; APOSTOLICI INDULTI.

1. - Sacerdos, cui facultas haec concessa fuerit, probe sciat sacramentum Confirmationis conferri debere per manus impositionem cum unctione chrismatis in fronte et per verba in pontificalibus libris ab Ecclesia probatis praescripta (can. 780).

2. - Hoc sacramentum, quod characterem imprimit, iterari nequit; si vero prudens dubium exsistat, num revera vel num valide collatum fuerit, sub conditione iterum conferatur (can. 732).

3. - Chrisma, quod huic sacramento administrando, etiamsi per presbyterum simplicem, inservit, debet esse ab Episcopo, cum Apostolica Sedé communionem habente, consecratum feria V *in Coena Domini* **proxima superiore ; neque adhibeatur vetus, nisi necessitas urgeat. Mox deficienti oleo benedicto aliud oleum de olivis non benedictum adiiciatur, etiam iterato, minore tamen copia (can. 734, 781). Numquam vero licet sine chrismate Confirmationem administrare vel illud ab Episcopis haereticis aut schismaticis accipere. Unctio autem ne fiat aliquo instrui mento, sed ipsa ministri manu capiti confirmandi rite imposita (can. 781 § 2).**

4. - Presbyter latini ritus cui, vi indulti, haec facultas competat, Confirmationem valide confert solis fidelibus sui ritus, nisi in indulto aliud expresse cautum fuerit. Nefas est presbyteris ritus orientalis, qui facultate vel privilegio gaudent Confirmationem una cum baptismo infantibus sui ritus conferendi, eandem ministrare infantibus latini ritus (can. 782 4 et 5).

5. - Presbyter privilegio Apostolico donatus, obligatione tenetur sacramentum hoc illis, quorum in favorem est concessa facultas, rite et rationabiliter petentibus conferendi (can. 785 §§ 1 et 2).

6. - Quamquam hoc sacramentum non est. de necessitate medii ad salutem, nemini tamen licet, oblata occasione, illud negligere; imo parochi curent ut fideles ad illud opportuno tempore; accedant (can- 787).

7. - Ex vetustissimo Ecclesiae more, ut in baptismo, ita etiam in Confirmatione adhibendus est patrinus, si haberi possit (can. 793).

8. - Patrinus unum tantum confirmandum aut duos praesentet, nisi aliud iusta de causa ministro videatur ; unus quoque pro singulis confirmandis sit patrinus (can. 794).

9. - Ut quis sit patrinus, oportet :

1° Sit ipse quoque confirmatus, rationis usum assecutus et intentionem habeat id munus gerendi ;

2° Nulli haereticae aut schismaticae sectae sit adscriptus, nec sententia condemnatoria vel declaratoria sit excommunicatus, aut infamis infamia iuris, aut exclusus ab actibus legitimis, nec sit clericus depositus vel degradatus;

3° Non sit pater, mater, coniux confirmandi ;

4° A confirmando eiusve parentibus vel tutoribus vel, hi si desint aut renuant, a ministro vel a parocho sit designatus;

5° Confirmandum in ipso Confirmationis actu per se vel per procuratorem physice tangat (can. 795).

10. - Ut quis licite ad patrini munus admittatur, oportet :

1° Sit alius a patrino baptismi, nisi rationabilis causa, iudicio ministri, aliud suadeat, aut statim post baptismum legitime Confirmatio conferatur ;

2° Sit eiusdem sexus ac confirmandus, nisi aliud ministro in casibus particularibus ex rationabili causa videatur;

3° Decimum quartum suae aetatis annum attigerit, nisi aliud iusta de causa ministro videatur ;

4° Non sit propter notorium delictum excommunicatus vel exclusus ab actibus legitimis vel infamis infamia iuris, quin tamen sententia intercesserit, nec sit interdictus aut alias publice criminosus vel infamis infamia facti ;

5° Fidei rudimenta noverit ;

6° In nulla religione sit novitius vel professus, 'nisi necessitas urgeat et expressa habeatur venia Superioris saltem localis;

7° In sacris ordinibus non sit constitutus, nisi accedat expressa Ordinarii proprii licentia (can. 796 et 766).

11. - Ex valida Confirmatione oritur inter confirmatum et patrinum cognatio spiritualis, ex qua patrinus obligatione tenetur confirmatum perpetuo sibi commendatum habendi eiusque christianam educationem

curandi (can. 797). Ex hac tamen cognatione spirituali non amplius oritur impedimentum ad matrimonium (can. 1079).

12. - Ad. collatam Confirmationem probandam, modo nemini fiat praeiudicium, satis est unus testis omni exceptione maior, vel ipsius confirmati iusiurandum, nisi confirmatus fuerit in infantili aetate (can. 800).

13. - Presbyter qui nec a iure nec ex Romani Pontificis concessione facultatem habens sacramentum Confirmationis ministrare ausus fuerit, suspendatur ; si vero facultatis sibi factae limites praetergredi praesumpserit, eadem facultate eo ipso privatus exsistat (can. 2365).

III

RITUS SERVANDUS A SACERDOTE VI HUIUS APOSTOLICI INDULTI CONFIRMATIONEM CONPERENTE.[1]

Cum tempus advenerit, quo sacerdos, utens facultate sibi ab Apostolica Sede, ut supra, tributa, administrare Confirmationem aegrotanti in periculo mortis constituto intendit, saltem stola, si superpelliceum habere non possit, indutus, circumstantes admoneat, quod nullus alius, nisi Episcopus, Confirmationis ordinarius minister est; se vero collaturum esse illam iure per S. Sedem delegato. Cavere debet ne coram haereticis aut schismaticis, et inulto minus eis ministrantibus, confirmet.

Dein moneat patrinum (vel matrinam) ut ponat manum suam dexteram super humerum dexterum confirmandi, sive infantis, sive adulti.

Stans igitur versa facie ad confirmandum, iunctis ante pectus manibus, dicit:

℣. **Spiritus Sanctus supervéniat în te et virtus Altissimi custodiat te a peccatis.**

Amen.

Deinde, signans se a fronte ad pectus signo crucis, dicit :

℣. **Adjutórium nostrum in nomine Domini.**

℟. **Qui fecit cælum et terram.**

℣. **Dómine exaudi orationem meam.**

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. **Dominus vobiscum.**

℟. **Et cum spiritu tuo.**

[1] **Cfr.** ***Rituale Romanum auctoritate Ssmi D. N. PU Pp. XI ad normam Codicis I. C. accommodatum;*** **editio typica a.** MDCCCCXXV

Tunc, extensis versus confirmandum munibus, dicit:

Oremus. *Oratio.*

Omnipotens sempiterne Deus, qui regenerare dignatus es hunc fámulum tuum (hanc famulam tuam) ex aqua et Spiritu Sancto, quique dedisti ei remissionem omnium peccatorum : emitte in eum (eam) septifórmem Spiritum tuum Sanctum Paraclitum de caelis.

Amen.

i. **Spiritum sapientiae et intellectus.**

R> **Amen.**

f. **Spiritum consilii et fortitudinis.**

R/. **Amen.**

f. **Spiritum scientiae et pietatis-**

t£. Amen.

Adimple eum (eam) Spiritu timoris tui, et consigna eum (eam) signo-Crucis Christi, in vitam propitiátus aeternam.

Per eundem Dominum Nostrum Jesum Christum, Filium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia, saecula saeculorum. .

Postea sacerdos inquirit de nomine confirmandi, et, summitate pollieis dexterae manus Chrismate intincta, confirmat eum dicens:

N. Signo te signo Crucéis, *quod dum dicit, imposita manu dextera super caput confirmandi, producit pollice signum crucis in fronte illius,, deinde prosequitur:* **et confirmo te Chrismate salutis. In nomine Pa££itri& et Fi£glii et Spiritus gß Sancti.**

RT. **Amen.**

Et leviter eum in maxilla caedit, dicens:

Pax tecum.

Sacerdos, postquam frontem confirmandi linierit sacro Chrismate^ eam gossypio diligenter abstergat.

Pergit postea cum mica panis, et lavat pollicem et manus super pelvim; deinde aquam lotionis cum pane et gossypio in vase mundo reponat et ad ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque proiiciat m sacrarium.

Post lotionem ab ipso sacerdote dicitur:

Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis, a templo Sancto tuo„ quod est in Jerusalem.

f. Gloria Patri, et Filio et Spiritai Sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum.

Rj. Amen.

Et repetitur antiphona: **Confirma hoc, Deus,** *etc.*

Qua repetita, sacerdos stans versus infirmum, iunctis ante pectus manibus, dicit:

f. **Osténde nobis, Dómine, misericordiam tuam.**

R/. Et salutare tuum da nobis.

f. **Dómine, exaudi orationem meam.**

R> **Et clamor meus ad te veniat.**

f. **Dominus vobiscum.**

ii. Et cum spiritu tuo.

Iunctis vero adhuc ante pectus manibus, dicit:

Oremus. *Oratio*

' Deus, qui Apostolis tuis Sanctum dedisti Spiritum, et per eos eorumque successores ceteris fidelibus tradendum esse voluisti; réspice propitius ad humilitatis nostrae famulatum, et praesta, ut ejus cor, cujus frontem sacro Chrismate delinivimus, et signo Sanctae Crucis signávimus, idem Spiritus Sanctus in eo superveniens, templum gloriae suae dignánter inhabitándo perficiat : qui cum Patre et eodem Spiritu Sancto Vivis et regnas Deus, in saecula

R> **Amen.**

Deinde dicit:

Ecce sic benedicatur homo, qui timet Dominum.

Et vertens se ad confirmatum, ac faciens super eum signum Crucis, dicit :

Bene£&dicat te Dominus ex Sion, ut videas bona Jerusalem ómnibus -diebus vitae tuae, et habeas vitam.aeternam.

R/. **Amen.**

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

TABOREN. - DE MWANZA

DECRETUM

DB MUTATIONE FINIUM VICARIATUUM

Cum in territorio Tanganikensi Africae Orientalis Anglicae per erectionem Vicariatus Apostolici « Musomensis et Maswensis», Patribus e Societate Missionariorum Africae (vulgo « Pères Blancs ») concrediti, Vicariatus Apostolicus de Mwanza, eiusdem Societatis curis commissus, a quo territorium novi Vicariatus distractum est, nimis imminutus mansisset, cumque finitimus districtus civilis de Shinyanga, Vicariatus Apostolici Taborensis, Patribus e memorata Societate Missionariorum Africae pariter concréditi, facilius a Missionariis Vicariatus de Mwanza quam a Missionariis Vicariatus Taborensis evangelizan possit, Emi ac Revmi Patres huic S. Congregationi Christiano Nomini Propagando praepositi, in plenario coetu die 8 vertentis mensis huius anni habito, in quo Vicariatus Apostolici Musomensis et Maswensis erectio decreta est, districtum illum civilem de Shinyanga a Vicariatu Apostolico Taborensi distrahendum ipsumque Vicariatui Apostolico de Mwanza adnectendum censuerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam, Ssmo Dno Nostro Pio div. Prov. Papae XII ab infrascripto huius S. Congregationis Secretario in audientia diei 11 eiusdem mensis et anni relatam, Summus Pontifex, ratam habens atque confirmans, praesens ad rem Decretum confici mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Pide, die 11 Aprilis mensis anno Dñi 1946.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

ii. 68 S..

f Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *a Secretis.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis, ut infra, datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini, propagando, Ssmus Dnus Noster Pius div. Prov. Pp. XII dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum :

die **14** *Martii 191fi.* — **Cathedrali Ecclesiae Rockhamptoniensi praefecit R, D. Andream Gerardum Tynan, Archidioecesis Brisbanensis sacerdotem.**

die U Aprilis. — **Titulari episcopali Ecclesiae Bubastitanae R. P. Iosephum Blomjous, Societatis Missionum ad Afros sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum Musomensem-Maswensem.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Tennessiensi R. D. Valerianum Gracias, Archidioecesis Bombayensis Presbyterum et in Bombay urbe Pro-Cathedralis Ss. Nominis Rectorem, quem hodierni Archiepiscopi Bombayensis Auxiliarem deputavit.**

die **10** *Maii.* — **Metropolitanae Ecclesiae Pechimensi Emum ac Rmum Dominum Thomam S. R. E. Cardinalem Tienchensin, hactenus Episcopum titularem Zimtaovensem.**

— **Cathedrali Ecclesiae Cemceuvensi R. P. Faustinum Tissot, Piae Societatis Sancti Francisci Xaverii pro exteris missionibus sodalem.**

die k Iunii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Halicarnassensi Excmum. Dnum Bernardum Sullivan, iam Episcopum Patnensem.**

die IS Iunii. — **Metropolitanae Ecclesiae Fuceuvensi Excmum P. D. Theodorum Labrador, iam Episcopum Funimensem.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Cadossensi R. P. Antonium Démets/ Congregationis Ssmi Redemptoris sodalem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis hodierni Episcopi Rosensis.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Antiphrensi R. P. Andream Sorin, e missionariis Sacratissimi Cordis, quem constituit Vicarium Apostolicum Portus Moresby.**

die **14** *Iunii.* — **Titulari episcopali Ecclesiae Siniandenae Exc. P. D. Bonaventuram Arana Goigoras, hactenus Episcopum de Vijayapuram_**

die /f Iulii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Semtensi Exc. P. D. Rectorem Catry, iam Episcopum Lahorensem.**

die **11** *Iulii.* — **Metropolitanae Ecclesiae Hancheuvensi R. P. Iosephum Ferruccium Mauritium Rosa, O. F. M.**

— Titulari episcopali Ecclesiae Athribitanae R. P. Ludovicum Durxieu, e Societate Missionariorum Africae, quem constituit Coadiutorem -eum iure successionis Vicarii Apostolici de Ougadougou.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cercinitanae R. P. Ioannem Mae Carthy, Congregationis Sancti Spiritus sodalem et Apostolicae Delegationis Africae pro missionibus hucusque Regentem, quem constituit Vicarium Apostolicum Zanzibariensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ammaedarensi R. P. Iosephum Geraldum Holland, Societatis pro missionibus ad Afros sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum de Volta Inferiore.

— Titulari episcopali Ecclesiae Odrenae R. P. Iacobum Siedle, e Societate Missionariorum Africae, quem constituit Vicarium Apostolicum Karamensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Pertensi Exc. P. D. Iosephum An gelum Poli, hactenus Episcopum Allahabadensem.

die 18 Iulii. **— Metropolitanae Ecclesiae Nanciamensi Exc. P. D. Iosephum Chou Ohi-shih, iam Episcopum Paotimensem.**

— Cathedrali Ecclesiae Ueihoivensi Exc. P. D. Marium Civelli, hactenus Episcopum Hanciomensem.

III

NOMINATIONES

Decretis, ut infra, datis Sacra Congregatio de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit :

die lit Decembris 19I/5. **— R. P. Ioannem Deutsch, e Congregatione Sacrorum Cordium Iesu et Mariae,** *Praefectum Apostolicum Norvegiae 'Centralis.*

die 21 Ianuarii 19Iß. **— R. P- Franciscum Xaverium a Floriana, Ordinis Min. Capuccinorum,** *Praefectum Apostolicum de Jhansi.*

die 7 Iunii. **— R. P. Hieronymum Lingenheim, e Societate pro missionibus ad Afros,** *Praefectum Apostolicum de Sohodc.*

— R. P. Matthaeum Farrelly, e Congregatione Sancti Spiritus, *'Superiorem ecclesiasticum Missionis de Cambia.*

die 21 Iunii. **— R. P. Henricum Edérle, Societatis Verbi divini,** *Praefectum Apostolicum Mindorensem.*

— R. P. Camillum Vandekerkhove, C. M., *Praefectum Apostolicum úe Bikoro.*

die 12 Iulii, **— R. P. Benedictum Garcia Guillermo, O. C. Disc.,** *Praefectum Apostolicum de Esmeraldas.*

— R. P. Ioachim Delange, e Congregatione S. Spiritus, *Praefectum Apostolicam de Te ff è.*

— R. P. Ignatium Garcia Martin, S. L, *Praefectum Apostolicum S. Francisci Xaverii.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

. . i •

PARISIEN, seu CARCASSONEN.

" BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVAE DEI MARIAE TERESIAE DE SOUBIRAN, FUNDATRICIS SOCIETATIS MARIAE AUXILIATRICIS.

SUPER DUBIO

An, stante virtutum et duorum miraculorum approbatione, TUTO *procedi possit ad sollemnem eiusdem Venerabilis Beatificationem.*

« Praecessit Iesus baiulans sibi crucem et mortuus est pro te in cruce ;: ut et tu tuam portes crucem et mori affectes in cruce. Quia si commortui! s fueris, etiam cum illo pariter vives. Et si socius fueris poenae, eris et gloriae» (Im. Ch., II, 12).

Venerabilis Maria Teresia de Soubiran plurimos perpessa fuit animi cruciatus, quos generose Dei amore est amplexa : modo vero a Deo munifice, incomparabili gloria, rependitur.

Porro e nobilissimo genere nata, domesticas divitias, commoditates iucunditatesque respuens ac deserens, humilitatis studio, Christi vestigia cominus persequi toto animo avide affectavit, atque postquam, morem avúnculo gerens, in paterno oppido Beghinagium instituisset, una.

cum nonnullis eiusdem Beghinagii sodalibus, perfectiorem vitam optantibus, novam religiosam familiam constituit, quam sub *Mariae Auxiliatricis* **nomine voluit nuncupatam.* É sua Congregatione secreta et fraudolenta arte unius e Sodalibus remota, in Ordinem Dominae Nostrae a Caritate coptari petiit ac obtinuit, in eoque, postquam quindecim annos humillimis officiis iuncta est, sanctissimam mortem, die 7 Iunii anno 1889, Lutetiae Parisiorum obivit, annos nata quinque supra quinquaginta.**

Infamibus machinationibus, non sine Dei consilio, detectis, Sodales Congregationis Mariae Auxiliatricis suae Matri debitum honorem ardenti studio restituere cupientes; permotae quoque a praestantissimi» virtutibus quae, rerum veritate patefacta, in Serva Dei, omnibus perpensis adiunctis, eminuerant, ius sibi beatificationis causam promovendi vindicaverunt. Quae felicem exitum consecuta est.

Etenim, cum Parisiis tum Çarcassonae ordinaria auctoritate constructi sint de inore processus, atque ad Sacram hanc Congregationem delati, servato iuris ordine, die 20 Aprilis anno 1932 super scriptis favorabile editum est decretum : duos post annos die 9 Maii fel. rec. Pius: Papa XI Commissionem Introductionis Causae sua manu signavit. Die 18 Iulii anni 1934 S. R. C. constare de non exhibito publico cultu declaravit. Eadem Sacra Congregatio^ Sanctissimo Domino Nostro approbante eiusque auctoritate, die 7 Augusti anno 1940, de virtutibus heroicis, die vero 21 mensis Maii hoc anno, de duobus miraculis constare decrevit. Ut autem ad ulteriora procedi possit, a iure disceptatio praescribitur dubii : *An stante virtutum et duorum miraculorum approbatione, Tuto< procedi possit ad sollemnem eiusdem Venerabilis Beatificationem.*

Dubium hoc Revmus Cardinalis Ianuarius Granito PignatelH di Belmonte, Episcopus Ostien. et Albanen., Causae Ponens seu Relator., in Generali Congregatione, coram Ssmo D. N. Pio Papa Decimo secundo, die 13 mensis Novembris anni huius discutiendum proposuit, cui Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores unanimi affirmativo suffragio responderunt. Beatissimus vero Pater suam edere sententiam distulit, ut rem coram Domino enixis precibus perpenderet,

Diem vero hanc nonam Decembris, Dominicam secundam sacri Adventus, selegit ut suam aperiret mentem.

Quapropter Revmos Cardinales Granito Pignatelli di Belmoiite, Causae Relatorem, atque subscriptum S. R. C. Praefectum, nec non R. P. Salvatorem Natucci, Promotorem generalem Fidei, meque Secretarium ad sé advoca vit ; atque, Sacrosancto Missae sacrificio pientissime litato„

edixit: Tuto *procedi posse ad sollemnem Venerabilis Mariae Teresiae de Soubiran beatificationem.*

Hoc autem decretum rite promulgari atque in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 9 Decembris a. D. 1945.

$ ' C . Card. SALOTTI**, Ep. Praen.,** *Praefectus.*

h. **S.**

A. Carinci, *Secretarius.*

II

ROMANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI AUGUSTIN AE PIETRANTONI, EX INSTITUTO SORORUM A CARITATE.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Si Servae Dei Augustinae Pietrantoni vitam a teneris unguiculis ad mortem usque attente perpendimus, aperte divinae Providentiae consilium nobis datum est admirari, quae eius animum ita comparavit, ut perfectum fieret exemplar Sororis a caritate iuxta monita et documenta a S. Vincentio a Paulo tradita. « Vera caritas, hic docuit, otiari nescit, neque intra seipsam contineri, Deum amare atque proximis, vel bonorum iactura aut ipsius vitae periculo, inservire debemus» (Elev., pregh., pensieri. Editr. Fiorent., p. 257). Haec ad amussim Famula Dei servavit.

Porro in oppido Pozzaglia in Sabinis, intra Tiburtinae dioecesis fines, e Francisco et Catharina Costantini agricolis, pietate praeclaris, secunda ex undecim filiis, die 27 Martii anni 1864 nata est, eodemque die lustralibus aquis regenerata, sub nominibus *Oliva, TJlpia, Candida.* **Quinquennis sacro Confirmationis sacramento est roborata. Puellula in catechismo addiscendo primas tulit, quem docere fratres, sorores, aliasque puellas in deliciis habuit. Duodecim annos nata ad sacram primitus accessit synaxim, atque exinde, quam frequentius ei datum erat, caelesti hoc pane se reficiebat.**

Innocentissimam ac piissimam in exemplum duxit in adulescentia

Titam ; quare nil mirum si in ea evoluta est religiosa vocatio. Nonnullis xemotis impedimentis, die 23 Martii anni 1886 Instituto Sororum a Caritate Romae se adiunxit ; die 14 Octobris anni eiusdem tironum vestibus est induta ; sequenti anno Sororum habitum assumpsit atque nomen : Augustina; demum die Angelorum Principi sacro, septem post annos, religiosa vota nuncupavit.

In religione virtutum omnium admiranda ostendit specimina; nulli labori parcebat, solita dicere : In altera vita requiescemus. Inter sanctos, lepide aiebat, S. Augustinum veneramur, sancta Augustina non est, volo ego sancta fieri ; atque ad hunc finem obtinendum totam se religiosae perfectioni adipiscendae dedidit. Ei, urbano archivaletudinario S. Spiritus in Saxia addictae, tuberculosi affectorum cura fuit concredita ; quo in munere exercendo eximiae eius dotes, summo conatu acquisitae, eluxerunt, praesertim humilitas, patientia, caritas. Tubercularis morbi contagionem a quo attingi coeperat, atque ingratum nonnullorum infirmorum animum, qui, pravis impiisque institutis imbuti, eo impudentiae pervenerunt, ut eam etiam percussionibus afficerent, quin ipsa conquereretur, omnino neglexit, neque provinciam ab obedientia sibi assignatam deserere tentavit, sapienter parata vel mortem oppetere, quo securius ad caelestem patriam perveniret. « Nulla enim tutiori ratione, docuit idem Sanctus Vincentius, nostram aeternam felicitatem assequi possumus, quam vivendo ac monendo dum pauperibus servimus» (Ibid;, p. 260). Hoc etiam ei feliciter obtigit. Veri quidem nominis martyrium, ut optaverat, non fecit, sed mortem passa est, dum sollicita ac sedula infirmorum servitio operam navat.

Et sane ; quidam ex morbo convalescens, turpibus moribus inquinatus, atque a religione alienus, qui obscoenis verbis mulieres, quae in lintea lavanda incumbebant, lacessiverat, quique a yaletudinarii Praefecto inde fuerat expulsus, falso, ut videtur, existimans se hac poena, Sororis Augustinae opera, fuisse multatum, diabolico actus odio, atrociter ulcisci statuit. Porro die 13 Novembris anno 1894, clanculum in nosocomium ingreditur ut Augustinae insidietur. Vix ut eam transeuntem aspicit, statim aggreditur, septem pugionis ictibus percutit tantaque vehementia, ut cor tripartito discissum in autopsia fuerit inventum. Mors illico est subsecuta.

Iusta funebria, atque corporis translatio ad coemeterium triumphali potius pompae quam luctuosae comparanda fuere. Maximo enim ad plura millia hominum concursu ex omni coetus conditione, virtutem Virginis summis laudibus celebrantium, atrocitatem vero criminis exsecrantium, honestata fuerunt.

Non animorum conimotio ex nefando scelere exorta, sed virtutum? fama, quae post 42 annos adhuc vigebat motivum praebuit inquisitiones: canonicas faciendi ad Beatificationis viam pendendam. Porro cum im Romani Vicariatus tum in Tiburtina curia anno 1936 Ordinaria auctoritate incepti sunt processus super sanctitatis fama, super scriptis atque* super cultu non exhibito. Die 28 Maii anno 1941 sacra haec Congregatio^ decretum edidit, quo, scriptis perpensis, nil obstare quominus ad ulteriora procedi posset, declaravit.

Plures interim Summo Pontifici oblatae sunt preces, causae introductionem postulantes, inter quas trium S. R. E. Cardinalium, pluriumArchiepiscoporum, Episcoporum, Generalium Moderatorum seu Ordinum seu Congregationum religiosarum, Tiburtini Episcopi atque Parochi oppiduli Pozzaglia. Servatis itaque omnibus de iure servandis, instante Revino **P. Augustino a Virgine, Ordinis Ss. Trinitatis, Postulatore legitime constituto, die 4 mensis Decembris anni huius, in Ordinario-Sacrae huius Congregationis coetu, infrascriptus Cardinalis Praefectum atque causae Ponens, dubium proposuit discutiendum :** *An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur'*, **atque de ea retulit. Emi ac Revmi Patres, post relationem hanc, auditis officialium Praelatorum suffragiis scripto** datis, **nec non R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, rescribere censuerunt :** *Signandam esse commissionem si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem infrascripta die ab eodem Cardinali Praefecto relatione Summo Pontifici Pio Papae XII, Sanctitas Sua, rescriptum Emorum Patrum ratum habens, *commissionem Introductionis causae Servae Det Augustinae Pietrantoni Sua manu dignata est obsignare.*

Datum Romae, die 14 Decembris a. D. 1945.

£& C. Card. SALOTTI**, Ep. Praen.,** *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius*

III

LIMBERGEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS FAMULAE DEI MARIAE, IN SAECULO CATHARINAE KASPER, FUNDATRICIS INSTITUTI PAUPERUM ANCILLARUM IESU CHRISTI.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Qui Deum amat ex toto corde suo, ex tota anima sua et proximos sicut seipsum, hic illam animi perfectionem adipiscitur, quae sanctitatem constituit, docente Apostolo : *Plenitudo legis est dilectio* **(Rom., 14, 16). Plenitudinem hanc Serva Dei Maria Kasper videtur assecuta, ut plurimi testes, qui cum ea vitae consuetudinem habuerunt, aut magnifica opera ab eadem in Dei gloriam animorumque salutem patrata admirati sunt, asseveranter deponunt.**

Et sane. Die 26 Maii a. D. 1820, in oppido Dernbach, intra Limburgensis dioecesis — olim Trevirensis — fines, ex piis honestis parentibus Henrico Kasper et Catharina Fassel nata est puella, cui in sacro baptismo, die 31 mensis eiusdem, Catharinae nomen fuit impositum.

Pietatem in Deum ac proximos veluti, cum laete affatim hausit, parentum exempla secuta. Etenim una cum matre, adhuc puellula, infirmos adire, catechismum pueros docere in deliciis habebat. Tenui cum laboraret valetudine ludum celebrare vix aliquoties potuit; quod tamen acquisitae scientiae defuit, acri ingenio ceterisque animi dotibus, quibus a Deo fuit ornata, cumulate supplevit.

Ex quo ad divinum convivium accessit, magis magisque animum, ad divina se pertrahi persensit, atque virginitatis, paupertatis, obedientiae infirmorumquë amorem ceterasque virtutes seu théologales, seu morales adeo coluit, ut communis enata fuerit persuasio eam in lethalem saltem culpam nunquam incidisse.

Intimo divinae gratiae instinctu impulsa, nonnullas puellas in socias sibi adiunxit, easque ad perfectioris vitae semitam arripiendam hortabatur, quae eius monitis atque exemplo permotae, infirmos invisere et pauperes corporeis ac spiritualibus adiumentis levare satagebant.

Hoc fuit Instituti *Pauperum Ancillarum Iesu Christi* **humillimum initium.**

Sui spiritus moderatore approbante atque Episcopo annuente, anno 1847 parvam domum aedificavit. Sequenti anno, matre demortua, im novam hanc domunculam una cum pauperë infirma se transtulit. Hoc veluti sinapis granum sensim sine sensu, divina gratia affatim favente, in magnam arborem se evolvit.

Nec mirum; Serva enim Dei eiusque primae sodales, submisse de sesentientes, facultate quidem pauperrimae, sed in Deum fiducia ditissimae, regulas ab Episcopo traditas ad amussim sectantes, communem instauraverunt vitam, orationi instantes, caritatis operibus attendentes, virtutes omnes summo studio invicem aemulantes. Infirmorum itaque curae, orphanorum educationi atque popularibus scholis impigram ac sollicitam operam dabant.

Anno 1852, solidato Instituto, Catharina Religionis nomen assumpsit : Maria ; ceteraeque sodales sua pariter nomina cominutarunt. Nonnullis annis post Pius Papa IX Institutum recognovit eiusque regulas per quinquennium ad experimentum servari concessit. Anno demum 1890, regulae ab Apostolica Sede omnino approbatae fuere.

Interim novae domus in aliis quoque dioecesibus constitutae sunt. Saeviente franco-germanico bello, anno 1870 sauciatorum cura in pluribus nosocomiis degentium Instituto fuit concredita, summo corporum et animorum emolumento.

Si me persecuti sunt, **dixit Dominus,** *et vos persequentur.* **Quare pronum erat Servam Dei tribulationum igne probandam esse. Revera multas insectationes, ealumnias, angores est passa, tempore praesertim** *toO* **Kulturkampf, quas invicto animo, Deo confisa fortiter sustinuit ;- quam virtutem ipse Deus munifice rependit. Plures enim Sodales e Germania in Hollandiam, in Angliam atque in alias mundi plagas transmi-- grarunt, novasque domus condiderunt. Itaque factum est ut repulsa Sororum actio e patria, in aliarum gentium salutem fieret.**

Prope octuagenaria, die 2 Februarii a D. 1898 Ecclesiae sacramentis roborata, in domo Instituti principe in Dernbach, ad Superos piissime evolavit.

Sanctitatis fama, qua vivens fruita fuerat, post obitum non deferbuit, immo increbuit, multique eius intercessioni tribuunt plures a Deo obtentas gratias, inter quas nonnullae vera esse miracula videntur.

Quare ordinaria auctoritate cum in Limburgensi Curia, tum per rogatoriales litteras in curiis Berolinensi, Wayne-Castrensi ac Bellevillensi ab anno 1928 ad annum 1935 super scriptis, sanctitatis ac miraculorum fama atque obedientia Urbani Pp. VIII decretis publicum cultum Servis Dei prohibentibus, constructi sunt processus. Die 27 Novembris

a. D. 1937 favorabile ab hac Sacra Congregatione de scriptis editum est decretum. Interim plures beatissimo Patri litterae Introductionis Causam postulantes oblatae surit, inter quas quatuor S. R. E. Cardinalium, septem supra decem Archiepiscoporum ac Episcoporum, Germaniae praesertim, plurium que Abbatum, generalium Moderatorum Ordinum seu Congregationum, Parochi loci Dernbach, aliorumque virorum ac mulierum genere praeclarorum.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, instante R. P. D. Arthurus Wynen, sacrae Romanae Rotae subdecano, huiusque causae Postulatore legitime constituto, die 29 mox elapsi Ianuarii mensis, in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis coetu, Emus ac Revmus D. Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, dubium posuit disceptandum : *An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad efectum de quo agitur,* **deque ea retulit. Emi ac Revmi Cardinales relatione hac, atque suffragiis officialium Praelatorum auditis nec non voce ac scripto R. P. D. Salvatore Catucci, Fidei generali Promotore, omnibus mature perpensis, rescribere censuerunt :** *Signandam esse commissionem Introductionis causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem, infrascripto die, a R. P. D. Salvatore Catucci, relatione Ssmo D. N. Pio Papae XII, Sanctitas Sua, rescriptum Emorum Patrum ratum habens, *commissionem Introductionis causae Famulae Dei Mariae Kasper* **Sua manu dignata est subsignare.**

Datum Romae, die 3 Februarii a. D. 1946, Dominica quarta post Epiphaniam.

83 **C. Card.** SALOTTI**, Ep. Praen.,** *Praefectus.*

L. © S.

T A. Carinci, Archiep. Seleucien., *Secretarius.*

IV

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVAE DEI TERESIAE EUSTOCHII VERZERI, FUNDATRICIS INSTITUTI FILIARUM SACRI CORDIS IESU.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, TUTO *procedi possit ad eiusdem Venerabilis sollemnem Beatificationem.*

« In cruce salus, in cruce vita, in cruce protectio ab hostibus, in cruce infusio supernae suavitatis, in cruce robur mentis, in cruce gaudium spiritus, in cruce summa virtutis, in cruce perfectio sanctitatis … Tolle

ergo crucem tuam et sequere Iesum... si socius fueris poenae, eris et gloriae» *(Im. Chr.,* **1. 2, c. 12).**

Magnificum hoc crucis elogium Venerabilis Teresia Eustochium Verzeri in animo alte defixit. Crucis enim summe amatrix eam, nulli animi solatio coniunctam, generose utpote ab ipso caelesti Sponso traditam, cuius « tota vita crux fuit et martyrium », amplexa est, omnes angores intimos ita fortiter pertulit, ut nemini eos manifestaret, Deoque soli eos, laetissima obtulit.

Et sane e Verzeria gente, generis nobilitate clara, christianis vero clariore virtutibus, adeo ut a Bergomensibus civibus claustrum et sanctorum gens vocaretur, nata est Teresia, die 31 Iulii a. D. 1801. Parentes Antonium atque Helenam comitissam Grumelli, benigna miserentis Dei providentia, nacta est sub quorum disciplina adúlevit. Tres sorores virginitatem Deo voverunt, Hieronymus autem, eius frater, sacrorum Antistes renuntiatus, Brixierisem Dioecesim sancte moderatus est. Deo obsecuta, sub prudentis sacerdotis moderamine *Sacri Cordis Iesu* **Institutum fundavit, quod a Summis Pontificibus Gregorio XVI ac Pio IX laudatum, ratum, confirmatumque magna cum laude fuit. Multa in hoc moliendo est passa, multaque sibi ipsa ultro molesta inflixit, nam christianam perfectionem cupidissime avens, horrende ferro et igne corpus cruciavit, pluribusque altissimae perfectionis votis se obstrinxit, eaque, sui heroice victrix, fortissime ad mortem usque servavit, quam die 3 Martii a. D. 1852 sancte oppetiit.**

Tantas virtutes magnifice divina munificentia rependit, non modo Institutum ab ea conditum fortunando, sed etiam eam ad altarium honores velut manu ducendo.

Nam Ordinaria auctoritate canonicis inquisitionibus peractis, servatisque omnibus de iure servandis, die 23 Augusti a. 1883 beatificationis causa introducta est ; Apostolica vero auctoritate constructio processibus, die 2 Aprilis a. 1922, Pio XI fel. rec. approbante, S. H. C. decretum virtutes heroicas declarans editum est, die vero 9 Decembris a, proxime elapso, Summo Pontifice approbante, duas sanationes vera esse miracula decretum est. Quae decreta viam ad beatificationem proxime straverunt.

Ut autem ad haec sollemnia possit procedi, sapienti nostri fori lege, a codice Iuris canonici confirmata, praecipitur ut in Generali Congregatione coram Summo Pontifice dubium disceptetur : *An, stante virtutum et duorum miraculorum approbatione Tuto procedi possit ad sollemnem huius Venerabilis beatificationem.*

Dubium hoc die 9 Aprilis a subscripto Cardinali S. R. C. Praefecto

et Causae Ponente fuit propositum, cuín Revmi Cardinales, Officiales Praelati, Patresque Consultores affirmativo suffragio unanimiter responderunt. "Verum beatissimus Pater cunctandum esse dixit, ut ingeminatis precibus Deum, luminum Patrem, deprecaretür. Hanc vero Dominicam quintam post paschalia gaudia selegit ut suam aperiret mentem.

Quapropter accitis ad Se Cardinali eodem, R. P. Salvatore Natucci Fidei Promotore generali, meque Secretario, sacrosancto Missae sacrificio pie litato, edixit : Tuto *procedi posse ad sollemnem Venerabilis Teresiae Eustochii Verzeri beatificationem.*

Hoc autem decretum promulgari atque in acta S. R. C. referri litterasque Apostolicas sub anulo Piscatoris de Beatificationis sollemnibus in Vaticana Basilica celebrandis expediri mandavit.

Datum Romae, die 26 Maii a. D. 1946.

© C . Card. SALOTTI**, Ep. Praen.,** *Praefectus.*

D. © S.

t A. Carinci, Archiep. Seleucien., *Secretarius.*

V

DECRETUM
DE FACULTATE EDENDI LIBROS LITURGICOS

Quanta sedulitate liturgicis libris edendis Sacra Rituum Congregatio semper advigilaverit, cum decreta identidem in hunc finem lata, tum reverentia quam sacris Voluminibus ab omnibus haberi voluit, luculenter commonstrant. Hinc reservatio tituli « Typographi Pontificii », quem paucis tantum et quidem probatis typographis decursu temporis concessit; hinc etiam Sacrorum Librorum revisio, quam ipsamet Congregatio accuratissime peragere solet.

Attamen iamdudum, varias ob causas, mos invaluit, ut quilibet typographus, accedente consensu atque approbatione proprii Ordinarii, libros liturgicos et praesertim Missale et Breviarium Romanum, haud semper ea qua decet forma et textus puritate, in lucem edat. Ut autem huic incommodo provideatur et decori, quo res ad .divinum cultum pertinentes nitere debent, consulatur, textusque sacri emendatissima exhibeatur lectio, Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XII haec quae

sequuntur statuenda decrevit, sublata quavis concessione atque abusu in contrarium existente :

1) Uni dumtaxat Typographiae Vaticanae, ceteris exclusis, libros liturgicos typis excudendi ius esto. . . .

2) Quilibet typographus, sive pontificio diplomate gaudet, sive non, toties a S. Rituum Congregatione licentiam obtinere debebit, quoties hos libros edere velit.

3) Administrationis Bonorum S. Sedis est pro publica horum librorum divulgatione singulis vicibus condiciones ferre.

4) Concordantia cum editione Vaticana ab Ordinario, iuxta can. 1390 Cod. Iuris Canonici, concedenda, ne subscribatur ab ipsis nisi post diligentem atque accuratam viri in re liturgica periti revisionem.

5) **Ad huius decreti effectum, hi qui sequuntur liturgici accensentur libri :**

Breviarium Romanum - Missale Romanum - Rituale Romanum - Pontificale Romanum - Martyrologium Romanum - Caeremoniale Episcoporum - Memoriale Rituum - Octavarium Romanum - Collectio Decretorum S. Rituum Congregationis.

Contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus-

Romae, 10 Augusti 1946.

i$i C. Card. SALOTTI, **Ep. Praen.,** *Praefectus.*

L. © S.

f A. Carinci, Archiep. Seleucien., *Secretarius.*

An. et vol. XXXVIII 23 Novembris 1946 (Ser.H, v.XIII) -Num. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

IMPOSITIO GALERI RUBRI

Sabbato, die xii mensis Octobris anno MCMXLVI, Summum Pontifex, extra Consistorium, Galerum rubrum Pontificalem tradidit Eminentissimo et Reverendissimo Cardinali Ioanni De Jong, Archiepiscopo Ultraiectensi, in Consistorio secreto diei xvni mensis Februarii vertentis anni creato, eidemque Titulum Sancti Clementis assignavit.

NUNTIUS RADIOPHONICUS

A SUMMO PONTIFICE POPULO HELVÉTICO DATUS *

La particulière affection que Nous portons à la Suisse et la confiance dont Notre cœur est rempli à P égard de ce peuple magnanime, Nous ont incliné sans peine à céder aux instances qui Nous ont été faites de la part de votre Radiodiffusion et à vous adresser la parole par son organe, comme Nous Pavons adressée récemment aux représentants de votre presse lors de leur voyage à Rome et de leur visite dont Nous gardons le meilleur souvenir.

A notre époque, où le concept de nationalité de l'Etat, exagéré souvent jusqu'à la confusion, à l'identification des deux notions, tend à s'imposer comme un dogme, le cas de la Suisse, exceptionnel, fait, aux yeux de certains, figure de paradoxe; il devrait bien plutôt donner à réfléchir. Située géeographiquement au point d'intersection de trois civilisations nationales puissantes, la Suisse les embrasse toutes les trois

*** Die 14 mensis Septembris a. 1946.**

dans l'unité di'un seul peuple. En un temps où le nationalisme semble dominer presque partout, elle qui, plutôt qu'un Etat national, est une communauté politique transcendante, jouit de la ; tranquillité et de la force que procure l'union entre les citoyens et. nul peuple peut-être n'a plus d'amour pour le foyer et pour la patrie que le peuple suisse, nul n'a plus vive et plus prof onde la eonsç^n^;4^^ev|(^^|ii^^es. La vigueur, la puissance créatrice, que d'autres pensent trouver dans l'idée nationale, la Suisse la trouve, elle, à un degré tout au moins aussi élevé, dans rémulation cordiale et dans la collaboration de ses divers groupes nationaux.

Tous les peuples du monde, surtout au cours des deux grandes guerres, mais aussi durant le pénible entre-guerresj ont senti, à des titres et sous des formes diverses, le bienfait de la *charité helvétique* **et lui ont rendu un reconnaissant hommage : accueil réconfortant des prisonniers, des fugitifs, des persécutes, secours matériels aux individus et aux nations, sollicitude délicate autant q n'empressée pour les enfants, pour les malades et les infirmes. Et cela avec une légale amabilité, un sourire égal pour tous, expression non certes de l'indifférence, mais au contraire d'une égale compréhension, car tous pouvaient, dans le peuple Suisse, reconnaître leurs frères. D'un coeur très paternel, en ce moment, Nous vous en remercions et Nous vous bénissons.**

Vous êtes fiers du caractère démocratique de votre pays et vous avez raison d'en être fiers, car la démocratie, chez vous, n'est point une construction artificielle ; elle est le fruit longuement mûri de l'expérience des siècles ; elle harmonise heureusement les avantages et les bienfaits de l'autonomie federative avec ceux du pouvoir central. Grâce à Dieu, vous ne voulez pas faire des formes démocratiques une idole, vous avez conscience que l'âme de tout Etat, quel qu'il soit, c'est le sens intime, profond, dn bien commun; c'est le souci non seulement de se procurer à soi-même la place au soleil, mais de l'assurer aussi, aux autres, chacun dans la mesure de ses obligations et de ses responsabilités personnelles. C'est à quoi vise, autant que la loyauté et la justice, une saine et profitable politique sociale, génératrice de paix et de prospérité. Dès lors, au contraire, que ce sens du bien commun s'oblitère pour laisser place au règne brutal de l'égoïsme individuel ou collectif, la démocratie de bon aloi est en péril et la dictature de parti s'installe sournoisement à sa place.

Le mot « liberté » sonne franc chez vous. Or *la vraie liberté,* **celle qui mérite vraiment ce nom et qui fait la félicité des peuples, n'a rien de commun avec la licence eflrénée, le débordement du dévergondage ; la**

vraie liberté est, tout au contraire, celle qui garantit la profession et la pratique du vrai et du juste dans le domaine des commandements divins et dans le cadre du bien public. Elle a donc besoin de justes limites, et ce fut la gloire de vos aïeux d'avoir pourvu par de sages et fortes règles à la défense et à la sauvegarde d'un bien si précieux.

Deux de ces règles méritent ici un souvenir spécial, parce qu'elles touchent au point le plus sensible, au point névralgique comme on dit, des relations entre précepte et liberté, relations dont la plus légère perturbation est grosse de conséquences fatales. La première de ces deux règles, c'est l'équité : « *Suum cuique,* à chacun son dû » : un seul poids et une seule mesure pour tous. L'autre est l'absolu; respect dei la loi souveraine de Dieu sur le mariage et la famille. Si le sens profon¡d ¡du; bien commun est l'âme de tout Etat sain et fort ; la dignité et la sainteté de la vie conjugale et familiale en est comme la colonne vertébrale. Que celle-ci vienne à subir une grave lésion, c'en èst fait de la vigueur de l'Etat et c'est, tôt ou tard, la ruine du peuple.

Dans toutes vos âmes retentit l'appel vibrant de votre cantique national : <t Des grands monts vient le secours, — Suisse, espère en Dieu toujours ! — Garde la foi des aïeux, — Vis comme eux ». C'est un mot d'ordre. Plus que jamais, de nos jours où l'athéisme, à la façon du termite, ronge obscurément, mais sûrement, la base sur laquelle reposent les Etats, le monde a besoin, pour maintenir son appui et conserver son équilibre, de mains qui se joignent et de cœurs qui s'élèvent; il a besoin, dans la vie politique tout comme dans la vie privée, de chrétiens croyants et priants. En ce temps où nous assistons au glissement, même de civilisations délicates et raffinées vers une décadence dans laquelle, l'une après l'autre, elles risquent de s'abîmer, souvenez-vous que, pour conserver pure, intacte, la fleur d'humanité qui fait l'honneur de vos institutions et de vos mœurs, vous avez besoin de ces forces supérieures que seule la foi chrétienne est capable de donner aux peuples comme aux individus. Car, en vérité, seules la doctrine, la foi, la grâce de Jésus-Christ assurent aux peuples le fondement durable de leur existence, de leur progrès, de leur prospérité, de la paix.

Par une providentielle expérience, vous le savez ¡-XÍvous dont le bienheureux protecteur, sauveur de votre unité et de vostre paix intérieure^ Nicolas de Elue, tenait à ce fondement par toutes les fibres de son être — vous dont les pères ont bâti sur ce fondement l'édifice de votre Confédération. Restez-y imperturbablement attachés : tel est le vœu le, plus pro* piçey la bénédiction la meilleure que Nous puissions adresser au peuple suisse si cher à -Nôtre cœur.

• ' EPISTULAE *.

V, I. .. '. . ^ i S ^ l ^ M - : .

AD EMUM P. D, BENEDICTUM TIT. SANCTAE MARIAE IN VÀLLICÈLLA S. B/"Ei PRESBYTERUM CARDINALEM ALOISI MASELLA, QUEM LEGATUM MITTIT AD CORONAM APPONENDAM SIMULACRO B. MARIAE V. DE FATIMA.

PIUS PP. XIT

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Celeberrima sollemnia, quae abhinc annos quattuor flagrantissima animo rum pietate in honorem Beatae Mariae Virginis de Fatima a Lusit ;i - niae fidelibus peracta sunt, adhuc animum Nostrum suavissima recordatione perfundunt. Nos Ipsi per radiophonicum nuntium exeunte mense Octobri emissum publice libenterque declaravimus pulcherrima documenta, quae sacro illo anno Lusitani fideles grati animi et fiduciae et supplicationis causa Caelesti Patronae exhibuerunt. Inter cetera autem memoravimus pretiosum diadema, auro gemmisque refulgens, quod iidem Lusitani, veluti memoris animi monumentum perenne, augustae caelorum Reginae in Sanctuario Fatimano obtulerunt. Nunc vero, incendió belli tandem restine to', etsi terrarum orbe nondum in pace composito, Nos votis precibusque Episcoporum Lusitaniae benigne Obsecundantes, perinsignem imaginem Nostrae Dominae de Fatima sollemni ritu coronandam censuimus. Quapropter te, Dilecte Fili Noster, nuper Romanae purpurae splendore adauctum, pro egregia tua erga Deiparam pietate, Legatum Nostrum deligimus ác remmtiamus, ut in Sanctuario de Fatima inditam Beatae Mariae Imaginem nomine Nostro Nostraque auctoritate aureo diademate exornes. Ex hoc faustissimo eventu fore confidimus, ut haud parvum in christiano populo devotionis incrementum erga Caelestem Reginam percipiatur, Uberior que gratiarum copia in eundem exsistat. Si enim homines, sive calamitosorum temporum fluctibus arrepti, sive erratis doctrinis obcaecati vel inanibus vanisque fallaeium bonorum imaginibus decepti, religionis facem suis in cordibus exstinxerunt, quae proxime habebuntur sollemnia fidei flammam in eis iterum accendant eosdemque ad bonam frugem revocare valeant. In praesenti autem populorum discrimine, quandoquidem in pluribus nationibus inter tot cotidianae vitae angustias civili unique partium contentiones stabilis publicarum rerum Ordo tam" laboriose exquiritur, quando ipsius quidem humani generis conciliatio tam salebrosa asperrimaque via exploratum, Reginam pacis, quam toties cum uni ver-

sue Ecclesiae filiis ânvoeaviniuS; etiam:atque etiam elfiagitamüs, ut afflictis: gentibus, praesentissimum Dei auxilium velit impetrare, pacem scilicet in veritate, iniustitia, in caritate iOferisti. Auspicem interea divinorum i donorum, et praecipuae benevolentiae Nostrae testem tibi, Dilecte Fili^Noster, munemsque tui sociis,; Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus, -v

.-, Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxvni mensis Aprilis, ¡Románica ¡ im Albis, anno MDCCCÇXXXXVI, **Pontificatus.; Nostri octavo.**

PIUS PP. XII

II

AD EMUM P. D. IOANNEM GU ALHEIM TIM TIT. S\NCTI KT I SEBI I S. R. E. PRESBY-'TERUM CARDINALEM GUEVARA, ARCHIEPISCOPUM LIMANUM, AD URBEM ' SÙCRENSEM LEG\TUM MISSUM OB CONVENTUM *FVCÌl*ARISTICUM E TOTA BOLIVIANA REPUBLICA CELEBRANDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Peculiari animi delectatione novissimenuntium accepimus, Congressum apparari¸e tota Boliviana natione Eucharisticum, exeunte hoc mense in perillustri urbe Sucrensi fauste peragendum. Ex ista enim sollemni celebratione publicum et luculentam exstabat fidei amorisque erga Augustum . Sacramentum testimonium, moresque christiani populi, ut spes affulget, magnum sument incrementum. In proximis sane coetibus inter cetera declaranda erit quanta*ex* divina Eucharistia virtus atque efficacia effluat ad familiarum integritatem sanctitudinemque tuendam, ad Christi doctrinam aptius tradendam, ad puerorum animos «recte fingendosi ad actionem socialem iuxta evangelica praescripta magis magisque in dies provehendam. Nos autem, qui nihil habemus antiquius, quam ut virtutum omnium studia in Christi fidelibus omni ope excitentur atque foveantur, non modo opportuna consilia,et apparatus Nostra laude commendatione que probamus, verum etiam proximae celebritati per Legatum Nostram praeesse statuimus. Te itaque, Dilecte Fili Noster, qui archiepiscopali dignitate praefulges et Romanae purpurae splendore es nuperrime exornatum, Legatum Nostrum aLatere eligimus ac renuntiantis, .ut Conventui Eucharistico Sucrensi, ex cuncta Boliviana Natione propediem ineundo, nomine Nostro Nostraque auctori tate praesidens. Pro ..certo autem habemus, te, pro egregia, qua ni^.¸^g^ Ei^ari^j^m pietate, pnoque singulari¸amore,¸ ,quo;.nobili Boliviae; populo ;devinciris.

per honorificum: tM munus commissum prospeire felieiterque esse! obiturum. Caelestium. interea auxiliorum conciliatrix ac praenuntia, praecipuaeque Nostrae-caritatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, tuisque Legationis sociis, egregio Sucrensi Episcopo cunctisque iisr,i, qui sacris sollemnibus opera vel studio favèbunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum;Petrum, die XVLmensis Iunii,; in festo Sanctissimae Trinitatis, anno MDCCCCXXXXVI, **Pontificatus Nostri octavo.**

PIU^BP XII

III

AD EXCMUM P. D. IOSEPHUM BELTRAMI, ARCHIEPISCOPUM TIT. DAMASCENUM, NUNCIUM APOSTOLICUM IN COLUMBIA, QUEM LEGATUM DELIGIT AD CONVENTUM MARIALEM IN URBE 80G0TBNSI E TOTA COLUMBIANA REPÚBLICA INDICTUM.

PIUS PP. XII

Venerabilis: Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Libenti quidem animo nuper accepimus, Congressum Marialem istic ex tota natione singulari studio apparari, in urbe Coluinbiae capite Bogotensi proxime ineundum. Ad pietatem autem erga magnam Dei Matrem magis magisque in populo fideli excitandam, ut iucundo audivimus, cives omnis ordinisi omnisque aetatis^ praesertim' delecti iuvenes et opifices sociique catholicarum sodalitatum soEemnes amoris veneratiÓLn|s- **que erga i Deiparam significationes sunt publice palamque edituri. Quum igitur de re agatur • tanti momenti, non modo Nos magníficos Congres - sionis apparatus'merita laude et commendatione honestamus, verum etiam eiusdem.;icelebrationi quodammodo adesse ac praeesse exoptamus. Quapropter te, Venerabilis Frater, qui archiepiscopali dignitate exoi*- natus apud dilectam Columbianam Rempublicam iam Nostram geris personam, Legatum Nostrum eligimus ac r enuntiamus, ut Mariali Conventui in urbe Bogo tensi habendo nomine Nostro Nostraque potestate praesideat. Minime vero dubitamus, quin ipse, pro tuis mentis áfiihíique ornamentis, proque eximia in Virginem Matrem pietate? sacra huius modi sollemnia ad** sècundós **optatosque exitus sis** feliciter adducturus. **Qua quidem spe laeti, ad rei splendorem animarumque fructum augendum,** tibi **• pltro ifaéiatatem":tri))^âm]is,'. ut, statuta (Me, sacro pontificali ritu peracto, adstantibus** fidelibus **nomine Nostro Nostraque auctoritate** benedica», **plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae**

praescripta ' lucran dam. Supernorum interea donorum conci liatr ix, praécipuaeque Nostrae caritatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi- Venerabilis Frater, sollerti Bogotensi Archiepiscopo, tuisque legationis sociis nec non universis, qui Congressioni Mariali intererunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxix mensis Iunii, in festo Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, anno MDGGGGXXXXVI, **Pontificatus Nostri octavo.**

PIUS PP. XII

•IV-

AD R. P. IOSEPHUM ARCHAMBAULT S. I., PRAESIDEM COETUS CONVENTIBUS CATHOLICORUM « SEMAINES SOCIALES » IN CANADA APPARANDIS.

. PIUS PP. XII

Le sujet, qu'ont choisi les Semaines Sociales du Canada; pour leur XXIII[e] Session, ne pouvait manquer de retenir Notre paternelle attention, d'autant qu'il n'est rien que Nous ayons davantage à cœur que l'éducation de la jeunesse. Ne sommes-Nous pas, en effet, comme le proclamaient les premiers mots d'une célèbre Encyclique de Notre grand Prédécesseur Pie XI, ((Le Représentant sur la terre du Divin Maître, qui, embrassant tous les hommes... dans l'immensité de son amour, a pourtant voulu témoigner d'une particulière prédilection pour l'enfance; i :»? C'est un problème, sur lequel Nous ne Nous lassons pas de ¡Nous pencher, et qui, dans ce bouleversement de l'après-guerre, est partout d'une brûlante actualité. Car, pour refaire le monde, pour réédifier la société, ne faut-il pas commencer par les jeunes générations, qui seront les hommes de demain? On ne saurait donc exagérer l'importance de ce problème, et Nous voulons féliciter le Canada catholique,; où, les ressources religieuses et familiales sont encore^ grâces à Dieu, si abondantes, où l'ordre du Créateur : *crescite et multiplicamini* **trouve encoré un si large écho, de donner un noble exemple, en concentrant toutes ses sollicitudes et tous ses efforts, comme le fera la Semaine Sociale de Saint-Hyacinthe, sur Cette question capitale de la jeunesse.**

: Il est, à cet égard, tout un ensemble de vérités, qui ont fait l'objet• surtout dans ces derniers temps, dé l'enseignement approfondi du Saint-Siège. Faut-il rappeler cette charte de l'éducation de la jeunesse, qué constitue l'Encyclique *Divini iMtè:M-agiétri. t.* **'Les positrons respecta: ves de l'Église, de la Famille et de l'État s'y trouvent parfaitement délimitées. Il est indispensable, si l'on veut vraiment former une jeunesse,**

par laquelle s'améliorera -l'avenir de la société, de rappeler les droits imprescriptibles et primordiaux de l'Église et de la Famille en cette matière. L'État, y a, certes, son rôle important, mais ce n'est pas celui que lui attribue la conception totalitaire du paganisme ancien et moderne. D'où la nécessité de faire triompher partout de justes lois scolaires, impérieusement postulées tant par la morale naturelle et la plus élémentaire justice que par les maximes de l'Evangile et de l'ordre chrétien.

Des problèmes annexes ne laisseront pas de solliciter également votre attention. La jeunesse d'aujourd'hui connaît, dans les dures conditions économiques présentes, des difficultés que le corps social doit l'aider a **résoudre, sous peine de la voir entravée dans son développement normal, soit sur le plan éducatif, soit sur le plan professionnel et familial. Enfin, des questions de pédagogie moderne voudront être étudiées, à la lumière des enseignements pontificaux, en relation avec l'évolution des modes de vie et de la technique. Nous pensons en particulier à une organisation des loisirs et à une sage pratique des sports, qui, bien comprises, peuvent et doivent être un précieux adjuvant dans la formation de Fhomme complet et du parfait chrétien, qui pense et agit selon la raison éclairée par la foi.**

C'est assez dire quelle vaste et grave matière s'offrira à vos réflexions et à vos études, matière traitée malheureusement trop souvent dans un esprit délétère et une confusion dévastatrice, Ce dont notre époque, en effet, souffre surtout, c'est de l'affaiblissement de ces vérités et de ces principes sauveurs, dont le Psalmiste déplorait déjà qu'ils allassent diminuant parmi les enfants des hommes. Vos prochaines assises sauront leur donner un regain de force, de lumière et d'actualité; Aussi Nous plaît-il de vous encourager dans cette entreprise, et de faire des vœux pour son plein succès. Puisse-t-elle être pour tous les catholiques canadiens un point de ralliement, par où leurs moyens d' acti on, leurs programmés, leurs efforts se trouveront coordonnés en vue d'une œuvre educatrice, que leur unanimité rendra d'autant plus efficace.

C'est dans cette intention et cette confiance, que Nous envoyons au zélé Pasteur de l'église de Saint-Hyacinthe et à ses vénérés collègues de PEpiscopat canadien, au Président et aux membres de la Commission des Semaines Sociales du Canada, ainsi qu'aux organisateurs, professeurs-et auditeurs de votre XXIII° session, comme gage des meiileures faveurs célestes, la Bénédiction Apostolique.

Du Vatican, le 27 Juillet 1946.

-PHTS PP. Xïi

ALLOCUTIONES :, <:>™.

*Äd Patres Societatis Iesu in XXIX Congregatione generali electores.**

Quamvis inquieti et difficiles volvantur dies, Romae legitimum coé^ tura vestrum seu generalem Congregationem ipsi, dilectissimi Nobis, coepistis ; et nunc concorditer et actuose, tranquille et operose, Ordinis vestri negotiis consulitis, ut is magis magisque, coalescentibus viribus et disciplina roborata, Dei laudem provehat et Ecclesiae Utilitati deserviat. Ex quo coetu vestro iam praecipuus maturuit fructus : novum enim d elegistis vestrum generalem Praepositum, quem heic adstantem animo oculi sq ue Nostris amplectimur. Dignus ipse sit eo, in cuius locum successit, Wlodimiro Ledóchowski, quem profecto pietate, prudentia aliisque virtutibus inter Praepositos generales insipiem; tum duo ultimi Decessores Nostri, tum Nos ipsi vivum magni fecimus ac defunctum multo desiderio modo Nos vobiscum deflemus. Supremus hic vester moderator; eadem constantia et alacritate ac ille, Societatis Iesu bono provideat et eius novis necessitatibus prospiciat.

Calamitosum recens confectum bellum Ordini vestro, aut saltem compluribus eius Provinciis et sacris expeditionibus, non pepercit. Haud pauci sodales vestri ob pugnas et missilia morte intercepto; multi ad signa arcessiti vel ad dura opera damnati; multi bello capti frigus, inopiam, vexationes, onerosos labores et praesertim diuturna captivitatis taedia et aegritudines perpessi sunt.

At Societas Iesu, mater vestra, miscens gaudia moeroribus, Psalmistae iure potest verbis uti : « Cum anxietates multiplicantur in corde mèo, consortiones tuae delectant animam meam».[1] Nonne id singulari Dei muneri et beneficio tribuendum est quod ipsa, quamvis ^procellosa labantur Üempora, gregalium suorum aucta® adihuc videt cohortes et praeclaris documentis perspicit probatas virtutes? Miramur profecto; vobiscum evangelicae vitae exempla, quibus sodales vestri inter milites et captivos versantes enituerunt ; miramur apostolici laboris multiformem sollertiam, qua sacerdotes aliique ex agmine vestro eommilitonibus Christi salutem, pacem, laetitiam portavefunt. Quid autem dicendum; de apostolicis inceptis, quae sodales in regionibus a victoribus exercitibus occupatis, interdum non sine capitis periculo, susceperunt? Am-

*** Die 17 mensis Septembris a. 1940 habita.**

[1] ***Ps 98,* 19**

